

Tarquinius potuit Reges qui pellere Regno.  
 Extinctis acies Ductoribus, impete bellum  
 Decernunt ductore sequi. Victoria nusquam est:  
 Sæuit ubique furor: nulli mora libera mortis.  
 Corripit Aulestis crinem, iugulumque Gilippus  
 Occupat. hic palmas supplex cum voce tetendit:  
 Abscidit ille manus ambas, iuguloque calentem  
 Immerfit gladium. Gaddus dissecit Orontis,  
 Corpore connixus toto, cum pectore costas.  
 Lambertus ferit Umbertum, Pyrrhumque Filantes:  
 Soldanus iaculo præteruolat ora Rinaldi.  
 Hic per scuta animam vestigat certior ictu:  
 Huic adigit latus hasta: sudes huic pectora rumpunt:  
 Hunc lapides frangunt: huic ilia traiecit ensis.

Interea Hetruscas it pernix fama per vrbes,  
 Matribus atque refert abijisse in funera ludos.  
 Approperant miseræ, natosque in bella furentes  
 Ut videre; manus vocesque ad sidera iactant,  
 Si possint mulcere animos. sed verba tumultu  
 Non audita volant: matres dolor vrget inermes.  
 Armatos penetrant cuneos, natosque laborant  
 Sistere complexu, lacrymisque. sed improbus ardor  
 Perfurit in lacrymis, & dulcia frangit amoris  
 Vincula complexus; nec sanguine sanguinis ira  
 Vincitur. Ostentant pugnantibus vbera: at angui  
 Si lac propines, erit immedicabile virus.  
 Muneris immemores sitiunt pro lacte cruorem,  
 Vulnere pro mammis. Dirimentes prælia matres,  
 Proh scelus! obtruncant, vel terrent ense. Molossus  
 Haud aliter, quem longa sitis, visque ignea venis  
 In rabiem adduxit, spumat contagia; abundat  
 Fauce liquor fluidus, stillati vena furoris,

*Matres nituntur filios à bello remouere, sed frustra.*

*Venenum lacti commixtū immedicabile*

*Canis rabidus.*

Lac Ditis , succusque necis ; viuitque latendo :  
 Mox prodit , tactu mortes aspergit , & altè  
 Insinuat rabiem : latratibus omnia turbat ,  
 Attollitque minas : vibrat arida colla : per omnes  
 Sæuit agros , asperque siti per deuia præceps ,  
 Transfuga Solis abit : quos lamberat ore fideli ,  
 Odit heros , & dente petit , quo funera portat .

Matribus in medijs aderat Vulturna ; suumque  
 Voce Virum quærens, oculisque pauentibus, omnem  
 Miscibat clamore locum, cordisque tumultu  
 Tympana vincebat, barritus, classica Martis .  
 Pallida dum luctu discurrit : Maxima, clamat ,  
 Pars cordis , Donate , mei , qua sæuus arenâ  
 Bella geris , mitesque doces crudescere mores .  
 Haud equidem perijsse reor ; nam viuus eodem  
 Mecum corde . regit nostros si spiritus artus ,  
 Ipse tuos , viuente , reget , mē coniuge , coniux .  
 At terrent simulacra mali , tibi vulnus adactum  
 Addubito , nam vulnus alo sub corde doloris .  
 Heu timeo iactis transfigi dulcia telis  
 Pectora ; nam pectus lacerat mihi cura . cadentem  
 Linquo animam , videorq ; mori . Mea funera mortem  
 An signant vicina tuam ; quæ peruolat vmbra  
 Luminibus , ferit illa metus . Fera castra , furores  
 Ponite cum furijs : in me deponite ferrum ,  
 Vulneraque & mortem . Moritur ? moriamur ; at illi  
 Me saltem sociate . vno de vulnere sanguis ,  
 Et lacrymæ tepeant nostræ ; gemitusque , dolorque ,  
 Spiritus & fugiens se pectore misceat vno .  
 Si quis erit reliquus vitæ halitus , ille mariti  
 Rursus amore calens , animabit membra perempti .

Hæc dum mœsta refert , lustratq ; cadauera circū .

In-

*Sponsa in-  
 ter prælian-  
 tes timida  
 sponsum que-  
 rit .*

*Sponsæ que-  
 relæ è suo sen-  
 su sponsi ma-  
 la conyicientis*

Incidit in sponsi lacrymabile corpus. At ipsa  
 Palluit aspectu, stratoque simillima sponso,  
 Concidit exanimis: gemitum cum voce repressit.  
 Nam dolet ille minus, qui ponere frena dolori  
 Nescius, in lacrymas, vocesque exuberat. Ignes  
 Fulminis in nebula tacite conflantur: & amnis  
 Grandior ille tumet, tacitâ qui labitur vnda.  
 Corda prius, mox ora aperit, loquiturque silendo,  
 Sequi premit, minuitque dolor, quem vincere nescis.

Postquam vibravit sponsæ tremor ossa dolentis,  
 Hæseruntque diu voces, tandem ora querelis  
 Liberat. impactis contundit pectora palmis,  
 Euellitque comas, & femineo vlulatu  
 Extinctum complexa Virum: Mea vita, cruento  
 Funere dum langues, quid nunc, quid perfida, dixit,  
 Luce frnor, vitamque traho? scelerata peremi  
 Te coniux, te noster amor, te casta voluptas  
 Hæc in fata tulit. nisi me, Donatus, amasses,  
 Non odia explestes, inimicaque corda procorum  
 Cæde tua. crudelis amor! qui reddis amanti  
 Pro thalamo feretrum, vitæ pro munere lethum.  
 Vulturna infelix, odijque beator! ipso,  
 Quando, par Furijs, vel Amantem occidis amore.  
 O species peritura boni, & contermina curis  
 Gaudia! vos primis dum libo fugacia labris,  
 Linqvitis arentem lacrymarum in flumine. Sponsi  
 Tæda maritalis, fax funeris horrida fumat:  
 Auro palla grauis, lethi fit pulla nigrantis;  
 Busta torus. Fugistis opes, fugistis amores,  
 Gratia, forma, decus, fugistis & omnia. Vita  
 Tu quoque nostra capeffe fugam. fugientis asyllum  
 Pande mihi cor, Chrisle, tuum. tu solus Amantes

*Sponsum ex-  
 inctum repe-  
 ris militum  
 inter cadaue-  
 ra, eoque viso  
 exanimis co-  
 cidit.*

*Redis ad sen-  
 sus: dolet, &  
 queritur.  
 Sponsus ini-  
 micitias cau-  
 sa sponsæ con-  
 traxerat.*

*Affata cale-  
 sti lumine  
 sanctioris vi-  
 ta consilium  
 inii.*

Semper amas, & semper ades, semperque tueris.  
 Nec tibi forma perit, rosei nec gratia vultus.  
 Vixi fida Viro; moriar mage fida Tonanti.  
 At qua morte? tuâ, diuini sponse cruoris.  
 Sit mihi Crux feretrû & thalamus. date tela: sed illa,  
 Quæ pedibus manibusque Dei sunt fixa dolentis.  
 Sola hæc solatur me desperatio. vixi  
 Si tibi, sponse; Deo viuam; tunculoque sepulta  
 Diuini lateris viam. Quæ cerno, mariti  
 Vulnera, me Sponsi caelestis ad aurea ducunt  
 Vulnera, perpetuæ felicia pignora dotis.  
 Hæc ait; euellitque comas, manibusque reponit.  
 Coniugis extincti; funditque nouissima verba.  
 Sponse, vale: Vulturna, tibi quæ prima pudorem  
 Iunxit, amore Deo nunc iungitur, ille pudicam  
 Seruabit, fidamque tibi: nec iura resoluet  
 Coniugis vllus amor mortalis. cæde caducum  
 Postquam te vidi, didici calcare caduca,  
 Et non casuris me credere Numinis vlnis.

*Vulturna pu  
 dicitiam Deo  
 vouet.*

*Hoc bello non  
 solùm Hetrur-  
 ria, sed aliæ  
 Mundi par-  
 tes concusse  
 sunt.  
 Præsertim  
 Picenum.*

Sed quid ego bellum Colubrorû è dêtibus ortum  
 Prosequor, in Thuscis calefactum sanguine campis?  
 Bella, Ghibellinis Guelphisque flagrantia tædis,  
 Corripuere Orbem; stridoreque rapta rotarum,  
 Omnes contriuit curra Discordia frontes.  
 Intremuit tellus: trepidarunt omnia Regna:  
 Axe sub horrifico scintillauere furores,  
 Calcatur dum terra rotis. Ceu crine superbo  
 Irruit ignis edax, quâ pabula sicca ministrat  
 Silua agitata Notis; piceâque nigerrimus irâ.  
 Arbuta consumit, crepituque laborat ouanti;  
 Non secus in cunctas inere incendia gentes,  
 Perpetuis nutrita odijs & sanguine multo.

## ITER LAVRETANAE DOMVS

## LIBER XXII.

## ARGVMENTVM.

*Celestinus Pontifex renunciatur. Italiam à Guelphis, & Ghib. turbatam sua virtute tranquillat. Mox per id tempus è Pontificatu discedit, quo è Dalmatia in Picenum S. Domus aduehitur. Mæsta Roma Parentem suum ubique terrarum quærit. Fessa itinere in Recinetensi silua cum Virtutum choro lugentium dum sedet, ei Celestinus apparet. Dei Domum docet esse vicinam. Ex hac prædicit alios Pontifices prodituros ad Romæ solatium, ad Deiparæ cultum. Adest interea Cella celestis. Ea visa Roma recreatur. Vicini Pastores prodigium admirantur.*

**B**ellica tempestas, odijs conflata, cruorem  
 Labilis in pluuium, Picenis denique cæmpis  
 Tota ruit, penitus laceratâ nube furoris.  
 Huc tædis abruptit iter furialis Enyo,  
 Et natis hæfere faces; & pingua patres  
 Nutrimenta focus natorum in bella dederunt.  
 Urbibus vndarunt: rapuerunt vortice siluas;  
 Illustres vilesq; animæ, omnes arma requirunt.  
 Pectora pectoribus velluntur, & urbibus vrbes.  
 Donec Piceno Domus est aduecta Tonantis;  
 Aliger & Pacis scelerati limina Iani  
 Vestibus æternis, & ferri robore clausit.

*Quiescit bel-  
 lum S. Domus  
 aduentu.*

Clio frange tubas: lituos in barbata verte:  
 Aduentumque Domus, Lauri quæ nomine vernat,  
 Itala quam tellus terræ pelagique periclis  
 Excipit ereptam, meliori concine cantu.

Annos bis centum, Iustrumque peregerat vnum,  
 Secula sollicitans Tiran radiante flagello;  
 Ex quo missa, nigris Erebi Discordia Regnis  
 Agmine cum socio Furiarum, vlturâ dolores,  
 Omnibus errabat terris: positoque timore,  
 Tanareasque oblita domos & carceris umbras,  
 Æternam sine pace datam, sine legibus Urbem  
 Credidit Italiæ dominatrix impia campis.

*Discordia Ro-  
 ma regnabat*

*Creatus est  
 Pont. Cælest.  
 a. 1294. nonis  
 Julij, vir adeo  
 Sanctus, ut  
 cum in eremo  
 degeret Ma-  
 ielle in Peli-  
 gnis, infiniti  
 penè mortales  
 ad eum con-  
 fluerent.*

*Ciacco & alij  
 Exemplum  
 Principis po-  
 pulos secum  
 trahit.  
 Cælestinus  
 omnia pacat.*

Hic plebem, populumque, Patres, & robora Mundi  
 Turbine quassabat: sacro execranda Senatu,  
 Fastu bella, odijs, atque ambitione fouebat.

Hæc Italiæ dum longa nocent contagia terræ,  
 E Cælo Cælestinus demissus in Urbem,  
 Composuit Virtute animos. Sic temperat æquor,  
 Et premit aspectu domitor Neptunus aquarum,  
 Cum venti mare suspendunt, atque agmine facto  
 Non sua contorquent inimico flamine regna:

Scilicet in folio si Virtus eminet alto,  
 Secum cuncta rapit, proceres, & mobile vulgus.  
 Principis exemplum populi sunt frena rebellis.  
 Recta iubet, si recta facit: fit amica Tyrannis  
 Atque iugum Probitas. hæc sola potentia Regum,  
 Posse nihil, quod non liceat. sua iura reſigit,  
 Qui violat Diuina. Deus, Naturaque tantum  
 Si lex est Regum, poterunt tunc omnia Reges.  
 Haud aliter Cælestinus disflauit Auernum,  
 Et Mundi tranquillauit Virtute tumultus.

Fronte coronatâ vix extulit aurea terris

Gaudia ; cum pacis resonarunt omnia plausu .  
 Roma voluptatum iucunda fluente per vrbes ,  
 Non par ipsa sibi , dulci eluione profudit .  
 Ille suam quoties pressit pede principe sedem ,  
 Intulit alta humeris & corde : inde aura tumebat  
 Ingeñri clamore virum . sic Rheda Tonantis  
 Effertur ventis . Grato confusa tumultu  
 Tecta , viæque omnes , atque ætheris aula tonabat .  
 Per fora , per campos , per Templâ , oblita penatum ,  
 Pressa premensque , pio certamine turba fluebat ,  
 Compita corripiens . Sic testis excita quondam  
 In reduces animosa Duces egressa , Quiritum  
 Pectore septenis trudebat montibus vndas .  
 Ille sedens folio , ponebat in Æthere mentem ,  
 Pacatorque Orbis precibus Pacem inde vocabat .  
 Hæc fuit Imperij lux prima : inimicaque lucis  
 Ambitio cœpit nebulas attollere primas ;  
 Carcëribus reuocare Notos , pelagoque minari  
 Fraudibus occultis . Sed contra audentior iuit  
 Rector , & intendit iactatis brachia velis ,  
 Atque manum clauo imposuit , Petrique carinam  
 Per domitos iussit fluctus contendere cursum .  
 Non secus in noctis ferrugine mersa , marisque  
 Fluctibus ic̄ta ratis , nunc montibus alta , profundis  
 Nunc innabat aquis , vitæ confinia sulco  
 Designans angusta breui . sed nexuit vndas ,  
 Equauitque Deus pedibus , pelagoque quietem ,  
 Gaudia discipulis , & vultum reddidit altris .

Astris ex humili sed Sole superbia crescit .

Si latet ille , micant ; tenebris si conditur , ardent ;  
 Et regnare volunt , radiosque vt scepra mouere .  
 Sic Cælestium demissa modestia morum

*Sedauit Ro-  
 ma turbas, vt  
 Christus vn-  
 das, ambulās  
 supra mare .  
 Io. 6.*

*Modestia so-  
 lis noctu latē  
 sis Stellarum  
 superbia est  
 noctu lucen-  
 tiū. Ita Card.  
 nonnulli abusi  
 S. viri mode-  
 stia venere  
 superbam pō-  
 tificatus in-  
 spem . Cia. in  
 v. pont & alij*

*Eius in aula  
solitudo.*

*Solo aspectu  
fugabat  
scelera.*

*Voluntarie  
carnis asti-  
stationes.*

Extulit ambitione Patres , velut astra , Latinos ,  
Imperium non mutauit non gloria mentem  
Pontificis . Vaticanis sibi montibus Horeb ,  
Soraactem & Thebas fabricauit , & antra Canopi.  
Aula nemus Iordanis erat ; populique corona  
Lata erat in siluis quæ cedris procubat vmbra .  
Mente ferebatur per sidera solus ; & inde  
Mente Deum referens , sacrâ ceu Numen in ara,  
Fundebat populis oracula ; crimina vultu  
Damnabat: vox vultus erat, lex , formaquæ morum,  
Lucis ad exortum ceu bellua conditur vmbreis ,  
Nec patitur fraudes ad solis ferre tribunal ;  
Sic explorabat cæcos rea culpa recessus  
Principis innocui , ceu vulnere , faucia visu .  
Quo periit crimen , vixit Pax vulnere . vixit  
Hæc eadem pœnis Latij generata Parentis .  
Nimirum , vt pacem pareret , sibi bella mouebat ,  
Tranquillâ Pietate ferox . Ieiunia longæ  
Sunt famis illecebræ . dapibus non instat opimis :  
Sola ceres mollita focis , & frigida fauces  
Recreat . immenso non missio in viscera censu ;  
Pro dape nutritur superi sed Regis honore ,  
Hanc votis & corde vorat conuiuia Tonantis,  
Exhausto qui ieiunus iam sanguine , pectus  
Pro dape , pro succo venarum, impleuit amore .  
Pontifici Crux mensa fuit thalamusque . soporem  
Ipsa sopore quies ibi perdomat: excitat iras  
In sua dum dormit languentia membra . cubantem  
Excipit haud grauidum curis cervical & auro :  
Numine fecundam , sustentat Numine mentem .  
Hoc cervicali vigil & sopita quiescit ,  
Quo Pax sulca caput ducit super æthera somnum ,

Pro



Pro plumis quo claudit opes, secunda latronum.  
 Qui somnum cruciat, vigilans sibi parceret? in artus  
 Tegmen villosum sœuit, tegiturque sub ostro;  
 Ceu vallata rubis rosa purpurat. Omnia cedunt  
 Arma togæ, Cælestinus quam stamine texit  
 Pœnarum, Imperij chlamydem cælestis. Ab illa  
 Pungitur ambitio; villusque ferocior ense  
 Membra tegit, fastumque ferit pacatus in ira.  
 Sub sacro Duce quis miles? quæ nescia vinci  
 Omnipotente Deo Virtus armatur inermis.  
 Consilij belli Sapientia: turribus altis  
 Præsidet, humanis mens altior: ardor honesti  
 Substruit occultas flammarum ad semina fossas:  
 Bellaces acies fortis Patientia ducit:  
 Omnia componens, Amor ordinat agmina campos  
 Magni animi vexilla gerit Demissio: belli  
 Sacra tubas animat Facundia. Roma Latini  
 Has latus aspexit Patris munire cohortes.  
 Illius ante fores vigiles non miles agebat  
 Excubias; non licitor erat, rigidæque secures;  
 Non vesana fames auri, lucrique satelles,  
 Limina seruabat simulatio. peruia donis,  
 Et venalis adoranti, cultuque superba,  
 Maiestas aberat. Paupertas diues honorum  
 Læta tuebatur dulci obsidione penates,  
 Atque dabat Pietas aditus. Titanis ad ortum  
 Agmina inundabant miserorum, ad limina; lucem  
 Ut biberent auri meliori à Sole, famemque  
 Munifico explerent; ceu roscida sidera, rore.  
 Hæc erat vnda salutantum, quæ tota narabat  
 Primâ luce domus, non importuna quieti,  
 Murmure aduanti modulata, sed ore gementum

*Alta virtutes  
 ceu præsidia-  
 rij milites cir-  
 ca solium.*

*Quæ sint  
principum  
virtutes .*

*Quæ ipsorum  
potentia .*

Pacis ad æternæ somnos . Hæc Rector Olympi  
Inditus in nostros artus prope castra ferebat .  
Hi solium stipatores , hæc arma tegebant  
Pontificem . Regum facilè peritura potestas ,  
Ne ruat in præceps , se milite fulcit & auro .  
Milite sed quid eget , qui stat Virtute perenni !  
Quæ non in folio , sed in ore coruscat , & ardet ,  
Vera est maiestas atque vnica . fulmina Regum  
Sunt oculi ; sunt verba faces ; Afræaque miles ,  
Quæ regale tegit corpus . timeatur , ametur  
Non ferro , sed terribili Virtute . subactis  
Imperet exemplo populis , & in omnia ducet .  
Quid prodest vallare latus , si crimina pectus  
Irrumpunt ? sedeat Virtus in corde . sat vna  
Terreat vt populos vel amore ; vt corda triumphet  
Quid sceptrum gestare iuuat ? lingua aurea sceptrû  
Principis est . iubeat ; sed Numine digna sequentur  
Vel sceptri nutum populi proceresque loquentis .  
Talis erat Cælestinus , pro milite septus  
Numine , quod multo venerans in paupere , diues  
Ipse Deo , quem redditibus ditabat egentem ,  
Romæ diuitias & cæli æraria vicit .

Non angusta tamen fuit olli in pectore Virtus ,  
Quæ sibi , quæ miseris tantùm succurrere discit .  
Mole suæ mentis terrarum pondere maior ,  
Solo tractabat curarum pondera nutu ,  
Atque Dei digito . Totum irrequietus in Orbem  
Tranquillusque vagabatur ; terramque , polumque  
Magnis implebat factis , precibusque , labore ,  
Consilijs , animo . se namque infuderat Orbi  
Spiritus atque animus populorum , vitaque Regum .  
Non secus in media stans pectoris arce , calore

M. em.

Membra mouet cor vitali, roburque ministrat,  
 Atque elementa regit tacito discordia bello.  
 Finibus erumpens patrijs ceu Nilus inundat,  
 Et caput occultat: sic ille in commoda Mundi  
 Largus & effusus, cupiens latitare, patebat,  
 Quà Sol exoritur, quà mergit in æquore currunt;  
 Solus in amplexu multorum, stellaque nocte  
 Pulchra magis, tenebrisque magis carbunculus ardēs,  
 Clarior illustri, cæli vt pictura, recessu,  
 Publica curabat, sibi totus, totus & Orbi,  
 Integer, atque idem populos partitus in omnes.  
 Haud luci nocet umbra. Nigra è caligine Moses,  
 Desertoque iugo, radiatâ fronte, refulsit,  
 Iura ferens, calamo radiorum scripta, Deique  
 Obsignata manu, septem qua continet astra.  
 Qui vacat ipse sibi, vacat omnibus. vberat annis,  
 Qui non diuiditur; tacitus sed colligit vndas.  
 Non sibi molitur mellis cælestia dona,  
 Clausa licet tectis, apis ingeniosa, cauatis.  
 Mella licet condat; dulcedine temperat iras:  
 Belligerat, fucosque fugat; non torpet inermis.  
 Fortius arma mouet Pietas, cui suggerit arma  
 Ipsa quies, cælumque acies; Crux, arboris antra;  
 Vulnera, purpureos flores, & flumina sanguis;  
 Mellis vt inde animis cælestia munera figat.  
 Pontificis mores oculis non aspicit æquis  
 Ambitio, sibi sana, dolis insana repertis,  
 Ingenioque suo præceps, quo fertur in altum,  
 Fida, inhida sibi, sibi fulcrum, penna, sepulchrum,  
 Machina, & exitium, genitrix, & saga potentum,  
 Legibus æternis contraria, & arbitra Mundi,  
 Cuncta videns & cæca, aule Regumque magistra,

*Ad omnia rō  
 diffundi, est  
 posse omnia  
 feliciter gere-  
 re.*

*Moyse è mō-  
 te Sinai, &  
 media è nube  
 clarior. Exo.  
 34.*

*Et habebat in  
 dextera sua  
 stellas septem  
 Apoc. c. i.*

*Pietas in soli-  
 tudine melli-  
 ficat, vt apis  
 in alucari.*

*Cælestinum  
 ambitiosi cri-  
 minantur, et  
 ad Ecclesie  
 regimen ine-  
 ptum. In.  
 vit. Pont.*

Fomentum scelerum, turpisque pedisequa lucri.  
 Mussitat; Imperij benè non tractare Latini,  
 Et cæli clauēs, cui cellæ tota supellex  
 Clauis erat: sordere ostrum, triplicemque coronam  
 Pauperis in cultu, maior cui cura flagelli,  
 Quam sceptri dominantis erat; cui gloria ludus,  
 Non merces non quæstus erat; cui fama latere;  
 Spuma maris fastus, puerique crepundia gemmæ.

*Illum adit  
 Ambitio Pie-  
 tatis vultu  
 personata.*

Obtinet illa nihil dum vocibus; euocat astus:  
 Personamque gerens Pietatis, in abdita Patris  
 Atria Romani mentito subdola vultu  
 Ingreditur, supplexque genu simul ore salutat.

*Laudat præ-  
 terita ipsius  
 uisæ solitudi-  
 nem, & præ-  
 sentes curas  
 obiecit, ut  
 sedeat a Pe-  
 tri Sede re-  
 cedere.*

O Pater, inquit, amor Superùm, cui gaudia rupes  
 Dulcia stillabant; at nunc absinthia Colles  
 Romulei fundunt, quid amaris dulcia mutas?  
 Illic certa quies, mentisque exercita tantùm  
 Curfibus, ad cæli placidè currentis amores.  
 Hic aulæ crux ambitio, lanienaque cordis,  
 Sæpè voluptati, miscet nocitura dolores.

Exedit hinc animæ vires labor improbus omnes;  
 Curaque mente sedet, Regni dum fede quiescis,  
 Otia quæ mordet, somnos & somnia rumpit.  
 Experiare tuos sensus: te disce magistro:  
 Experto tibi crede: Orbis sub pondere cernix  
 Nunc fluit ad terram, fuerat cui tota cucullus  
 Machina; garritus animum cui murmura vulgi;  
 Herba dapes, eademque torus. Nec ab equore littus,  
 Cælestine, vides? Alijs tua Regna, procellis  
 Fœta, relinque: tibi te redde. negotia Regum  
 Non benè siluicolæ exercent, comitesque ferarum.  
 Rectiores docet aula; docet Sapientia, clamat  
 Quæ triuijs plateisque. Rudis tua dextera Regno;

*Fuerat in-  
 Exemo, &  
 fuerat. Ere  
 mitarum.  
 Sapientia fo-  
 ris prædicat,  
 in plateis dat  
 vocem suam.  
 Prop. c. 1.*

Corda sed apta Deo . Priuatis publica at, inquis,  
Præfero . sed peccas in commoda publica . & in te,  
Dum tē neglecto , moderari cætera nescis .

Fraudibus aula patet : fraudes non rustica vincit  
Simplicitas , tu cede malis, portumque require .  
Dixit , & è sacro discessit larua cubili .

Ille autem ; cui Roma labor ; cui pulpita mortis  
Culmina honoris erant, & Regni, vincula , fasces;  
Suppliciumque fauor : Trahis in tua iussa volentem,  
Dum dare terga iubes specioso fessâ labori ;  
Sive ades Ambitio, mentito subdola vultu ;  
Vera vel ore tuo Pietas . Si talia mandat  
Ore suo Pietas , Pietati pareo . frontem  
Ambitio simulat Pietatis ? pareo votis .

Ipsè meis ; ridensque dolos, mihi seruiò . fines  
Ducimur in varios . me gloria Numinis vrget:  
Vrget amor pacis . Me si detrudere Regno  
Destinat Ambitio; quamuis rumpatur, Olympi  
Efferet in Regnum . Famulantur cuncta Tonantis  
Consilij, Dolus , Ambitio , vis Martis, Auernus:  
Omnia monstra Deus penitus sua sub iuga mittit :  
Dumque onus excutiant, atque in diuersa feruntur,  
Frena Pronœa regit, ducitque auriga rebelles  
Ad metas , quas præscripsit diuina Voluntas .

Nil ergo stimulis opus est : tria Regna relinquo:  
Exuo captiuam triplici diademate frontem .  
Me referam , mē contentus , si pectora Numen  
Impleat . Hæc Mundi detur pro pondere merces,  
Quem dorso titubante tuli . Nunc pondus, & vñâ  
Mē fessum abijcio Christi regnantis in vlnas .  
Hæc ait : & Mundi sacro de vertice pondus  
Abijcit exultans . sibi se , Numenque relinquit ;

Im-

*Sive hanc fir-  
gam suadeat  
Ambitio, sive  
Pietas, decipi  
non timet, qui  
nō ab his, sed  
sua motus à  
cōscientia, è  
Pontificatu  
discedere amo-  
re virtutis iā  
decreuerat .*

Impavidâque fugâ terram , terrenaque calcat ,  
 Sic licet aurato philomela in carcere ludat ,  
 Hinc atque hinc circûuolitans tamē inde per auras  
 Ardet abire fugâ , veteresque requirere silvas.  
 Protinus è cauea, si rimula panditur, exit :  
 Lata petit nemora , & cælo delapsa sereno ,  
 Dat sonitum pennis , & dulci gutture plausum .

*Supplicanti  
 pro Cælestino  
 Romæ Fama  
 refert ipsum  
 fugisse .*

Vera canens , verosque metus exterrita fundens,  
 Fama volat , flammis celerique citatior Euro ;  
 Et terras inter cælumque , & turbida luctu  
 Nubila, pernici se corpore mittit in arcem ,  
 Quæ, Mundi spolijs sublimior, æthera pulsat  
 Fronte triumphali , Romamque imponit Olympo.

Nôx erat , atque ignes oculique volubilis Axis  
 Dulces excubias Romæ dominantis agebant .  
 Illa genu subnixâ ; genas deiecta decoras ,  
 Nexa manus , pennata animo , calefactaque votis,  
 Cælestine , tibi centum consurgere Soles  
 Virginis auspicijs, peperit quæ candida Solem ,  
 Orabat , scelerumque suo contagia Regno  
 Cedere , dum viuus , Mundi dum flectis habenas ,

Vt primùm alato tetigit Capitolia dorso ,  
 Infert oranti se Fama , & talia fatur .  
 O Roma , ô frustra tanto sub Principe felix  
 Patria Romulidum ! Romani gloria Regni ,  
 Regis amor Superûm, cæli cor , spiritus Orbis,  
 Imperij exosus pretiosa ligamina , fugit  
 Cælestinus . at ignotum , quas incolâ silvas ,  
 Quæ colat antra . Pari fugerunt gaudia cursu  
 Vrbe procul populisque tuis . tu Roma fugacem  
 I sequare amplexu . Patrem fax prodet amoris ,  
 Attonita his Famæ dictis , concussa que casu ,

Roma diu tacito pressit sub pectore curas.  
 Mox oblita sui cultus, diademata fronte,  
 Sceptra manu, collo torques, regalia dorso  
 Syrmatæ deiecit: simul hæc ululatus vrget.  
 Nostra quies fugit, & folio Regina sededo?  
 Haud equidem deserta meo Ductore, cauernas,  
 Et deserta oculos late fugientia quæram,  
 Exiliumque pati discam; licet omnis Olympi  
 Ambitus, & Terræ, & Pelagi sit Patria Romæ.  
 Cælestinus abis? tantum mihi sidera munus,  
 Ut raperent, tribuere! citas aptate Curules.  
 Vestiganda mihi tellus, quæcumque recedit  
 In nemus & rupes, & inhospita tecta ferarum.  
 Tê sine Roma odit, Rector dulcissime, Romam.  
 Cælestinus ubi degit, licet abditus antro,  
 Sunt Ædes, Turres, Fora, Regia, totaque Roma.  
 Rupe tuâ, toto maior licet Orbe, latebo.  
 Vos Cælestino reduces cum Principe in Urbem,  
 Rursus in occultos mecum conscendite montes,  
 Virtutes, dilecta cohors; se donec amant  
 Restituat natæ Genitor; vultuque serenet  
 Quæ modò Romanum cinxerunt nubila cælum.  
 Hæc ubi dicta: migrat. rapidos iubet ire iugales,  
 Verberibusque monet. Metanœa curulibus auras  
 Ponere ferit: lacrymis contristat lumina Candor;  
 Attrato niueos humeros deformat amictu,  
 Et quatit ad cursum rorantes fletibus alas.  
 Corripit inde viam; currumque in nubila ducens,  
 Projicit ægra enses, nebulisque nigrantibus ora  
 Condere rursus amat, terris Astræa relicta.  
 Fronte verecundâ quæ sedem ponit Honestas;  
 Quæ sedet in specula Prudentia mentis, & inde

Vir.

*Roma dolens,  
& querens.*

*Vt Cælestinus  
querat sta-  
tuit Urbem  
lustrare.*

*Virtutes cū  
Cælestino Ro-  
mam deserunt.*

*Veritas fugit*

Virtutes regit, & cunctis se interferit actis;  
 Quæ solium medio Pietas locat ignea corde;  
 Casta Fides, Probitas; Virtus, quæ falsa profari  
 Nescit, ceu mediâ fulgentia sidera nocte,  
 In tristi rutilant luctu, Romamque sequuntur.  
 His comitata choris, Spoleti iustra pererrat;

*Roma Cal-  
stium qua-  
rit.*

Et iuga perlustrat: terit Algida, & inde Sabinos  
 In saltus conuertit iter, tentatque latebras,  
 Quæ tegit umbriferis se nobilis Arisia filuis;  
 Et quæ cornigeros enutrit Aricia ceruos;  
 Et quæ fonte sonant, nemorum penetralia magna  
 Consulit Albunæ; per opacos semita calles  
 Ducit in Albanos quæ sentibus aspera campos.  
 Omnia scrutatur. Picenaque in arua quadrigas

*In Piceni sil-  
ua defessa,  
iunere sedet  
solitaria.**Rursus que-  
relis indulget*

Denique sollicitat: lucoque allata, recessus  
 Heu frustra rimata omnes, defessaque cursu,  
 Eleuat in mœstas sic tristitia corda querelas.

Cælestine, mei numen venerabile Regni,  
 Quæ Regione latēs? Mundi quæ pondere nunquam  
 Succubui, quærendo tuum, Pater optime, vultum  
 Deficio peregrina. Scythas, totoque Britannos  
 Equore diuisos, Persas, Garamantas, & Indos  
 Passibus indefessa meis, hastisque cruentis  
 Fulta, peragraui. exiguo nunc victa labore,  
 Immemor hic sedeo Regnorum. Scilicet vnus  
 Cælestinus eras pro Regnis omnibus; in tē  
 Dum tranquilla quiescebam, totoque ferebar  
 Irrequieta tuis meritis Regina per Orbem.  
 Mene fugis, Princeps? Româ sic sospite regnas?  
 Virtutum tu forma, æui melioris origo;  
 Tu nostri decus Imperij; quo Principe, Divum  
 Inuidet aula mihi; liuet Sol; ringitur æther.

Me



Mene fugis ! Romæ lacrymis nec flecteris , hostes  
 Quam videre quidem Martis sudare sub armis ;  
 Fundere sed lacrymas nunquam ; cordisque tributa  
 Exegi , non victa dedi . Si frangitur Æther  
 Vnius heu miseri lacrymâ , non omnia vincat  
 Roma gemens , didicit lacrymis que cedere tantum ,  
 Quos domat audaces ferro , miserata precantes .  
 Non dolet heu , miseretque mei ? quas incolis umbras ?  
 Quæ te silua tegit ? quæ rupes antraque celant ?  
 Rupibus Alpinis , & duris durior antris ,  
 O genitor , lacrymis rupes , antra inuia frangam ,  
 Complexuque meum retrahã ad mea corda Parente .  
 His vinculis captiue redi , quibus arceo terras ,  
 Et cælum Numenque ligo . Si Regna recusas ,  
 Si vitam ; moriture veni : mecumque , dolore  
 Quæ pereo , compone animam , cineresque beatos .  
 Si latebras quæris , Romæ sub corde latebis ;  
 Roma tuo lateat dum corde , vbi Gratia viuit ,  
 Viuit Amor , viget Integritas ; Sapiencia regnat .

*Roma ferro  
 inuicta solis  
 miserorum  
 lacrymis cede  
 re solita .*

Virtutes referunt Romæ lamenta dolentis ,  
 Cantibus atque leuant . Citharã dum vellicat vngue  
 Mœsia regit cantus Prudentia . Carmine primùm  
 Relligio tremulã soluit cum voce . Quid , inquit ,  
 Quid primùm neglecta querar ? me deseris hospes ,  
 Vt nemorum digesta vagos arbuta per agros  
 Viminibus religes flexis , lentisque genistis ?  
 At vincire homines , & luxuriantia mecum  
 Pectora debueras , cæloque affigere mentes .  
 Anulus Orbis eras , aurati nexus amoris ,  
 In quo gemma Deus . Cæli in connubia Tellus ,  
 Perque Fidem venisset Amor , tẽ præside : sed nunc  
 Diuidet auratos regnans Discordia nexus .

*Virtutes Cale  
 stinum flebili  
 cantu conce-  
 lebrant .  
 Cantus regit  
 Prudentia .  
 Canunt  
 Religio  
 Iustitia  
 Penitentia .*

In cæcas en rursus, ait, ferat ardua nubes :  
 Astriferos Astræa oculos caligine condam,  
 Ne scelus aspiciam sacras pessundare leges.  
 Ensis erat tua lingua meus; clypeusque voluntas;  
 Cor pondus; libratae animi Sapientia lances;  
 Forma que Iustitiæ mores; mens arbitra Recti.  
 Et fugis! heu vacuam socijs Virtutibus aulam  
 Ambitio sacrum inuadit læsura Senatam,  
 Dissimilemque animo componit subdola vultum.  
 Sæue redi: fera monstra fuga: da iura subactis.  
 Sol redit è tenebris; redeunt quoque sidera; Phœbe  
 Sæpè redit, reparatque oriens argentea cornu.  
 Ver, Æstas, & Hyems, Autumnus, pomaque, flores,  
 Omnia si redeunt, redeas; magnumque gubernes  
 Magnis Imperium factis. his regia tantum  
 Edidicit seruire volens mea Roma. Quid ostrum,  
 Aspera tunc subdit Metanœa, ex Vrbe Latina,  
 Et Regum è Patria prædator diripis? ostrum  
 Redde, quod è membris, flagris trepidantibus, hauris.  
 Murice digna tuo Roma est, guttâque cruoris  
 Illa tui magis ornatur, quàm sanguine toto,  
 Quem dedit Ausonijs exhaustus ab ensibus Orbis.  
 Et fugis! in vacuas succedit Cypria Sedes;  
 Grata, libido, lues: natat inter pocula luxus,  
 Perdomat & mentes, & pectora nescia vinci.  
 Sæue redi; Veneremque tuis contunde flagellis:  
 Fige voluptatem villis, quibus induis artus.  
 Hic, vbi fundebant lacrymas, & carmina, quondam  
 Silua fuit: Phœbum quereus, platani que vetabant:  
 Populus vndabat ramis. Cum fortè fauillæ  
 Corripuere nemus. mediâ de nube vocantur  
 Cum fago pinus, querulis cum quercibus orni.  
 Silua iacet, perditque vmbas, atrâque relictus

*Silua, in qua  
 Roma cum  
 Virtutibus se  
 det, olim exu  
 sta, & cine  
 facta, ploran  
 tium lacry  
 mis nunc re  
 florescit, &  
 lauros parit.*

Soltus erat tellure cinis. Sed viuida Romæ  
 Lacryma plorantis, Virtutum mixta fluentis;  
 Vt rorauit humum, rursusque animauit inertes  
 In segetem cineres, Lauri noua pullulat agro  
 Silua. Viret primùm: tenero mox caudice surgit:  
 Stipite duratur: frondes cum flore maritat:  
 Imminet vmbriferis ramis; blandoque fufurro  
 Personat, & pandit baccarum prodiga gemmas.  
 Dum virgulta sonant, volucres dum nota reuisunt  
 Arbuta; Roma sinu percurrere gaudia sensit;  
 Attollensque manus cum voce: Hæc omnia lauri  
 Semper amica mihi: Virtutes, plaudite, dixit.  
 Hæc mihi silua domus. Ciues, urbanaque Romæ  
 Testa valete: Deus nobis hæc otia tecum,  
 Cælestine, dabit. Stygijs emissa cauernis  
 Heu nostram scelerum si turba coiuit in Urbem,  
 Hic tecum spelæa colam, nemorumque recessus;  
 Non hic bella tonant: animos non asperat ira:  
 Non agit ambitio transuersos: non metus vrit:  
 Non odium nubes in honorum lumine cogit.  
 Viuitur in mœsta nemorum quàm clariùs vmbrâ!  
 Dulcior ista mihi, quàm lux inimica Senatus,  
 Velamen scelerum, tenebrofæ nuncia mortis.  
 Cede comis diadema: tuus caligine fulgor  
 Obscurat mentem: pretiosâ compede torquet;  
 Et libertatem, dum crines impedit, arcet.  
 Dorso cede chlamys. Sunt firmata vela, procaci  
 Heu nimium subiecta Noto; sunt vincula torquês;  
 Tempestas Regnum; populorum gratia turbo.  
 Hæc ego fida reor mihi littora. Regna valete:  
 Umbrosi lucent meliori lumine luci,  
 Principis exemplo fingor: fugitiuus hic vno

*Roma hoc pro  
 digio laca-  
 tur.*

*Sperat se cum  
 Cælestino in  
 ea lauri silua  
 victuram.*

*Vt sine Re-  
 gno priuata  
 viuat, ac solis-  
 taria cum Cæ-  
 lestino, se Re-  
 gni nudat in-  
 signibus.*

Omnia collegit, dum reppulit omnia, iactu.  
Sed iacio dum cuncta; redi; qui solus inanem,  
Cælestine, bonis Romam cælestibus imples.

*Cælestinus  
Romæ appa-  
ret.*

Dum canit hæc, Lauros allambere visa virentes  
Fulgura, & innocuo super æquora frondea tactu.  
Serpere. Per medios sed fulgure clarior ignes.  
Se Cælestinus cælesti luce videndum

Obtulit. Ausonio pro murice purpurat ostro,  
Numinis augusto Pietas quod pinxerat ore.  
Larida vestis erat; sed lucida: nigra renidet,  
Sordibus & gemmat: triplici nudata coronâ,  
Tempora Sole micant triplici, Regnoque relicto,  
Regnat in ore magis Maiestas: imperat astris,  
Imperium aspernata hominum. Tûc Roma reuixit,  
Et lacrymas & verba dedit. Pater, ô Pater, inquit,  
Expectate venis. iam Roma superbio, rursus  
Obtutu Regina tuo. Capitolia rupes  
Hæ mea sunt. tecum medijs vel in Alpibus exul,  
Syrtybus in medijs, Libyesque calentis arenis,  
Et viuo, & regno. Tua me præsentia, Princeps,  
Imperio palmisque beat. per inhospita tecum  
Duc, age: cõde vmbri: quæcumq; ad tesqua vocantè  
Audio. Si liceat tua iussa capessere; regno.

*Roma Cæle-  
stinum salu-  
tat, et se sociũ  
illi addicit  
æternam.*

*Cælestinus Ro-  
mam solatur,  
optimos in Se-  
de à se relicta  
successores e-  
gressuros è  
Lauretana;  
Domo variot-  
nans.*

Dixerat. Ille graui postquam cælestia risu  
Ora colorauit, sonuitque exterrita rupes  
Maiestate viri. Mecum, mea Roma, vouere,  
Inquit, iter desiste; Sedes vbi roscida fletu;  
Hac in rupe Deus magni tibi destinat arcem  
Imperij. Populos, subiectaque Regna, triumphos,  
Cum Superis Regem Superum, diademata, Mundum  
Hic feret vna Domus; quæ non fundata, Latina  
Fulciat Imperium, fundamentumque salutis,

At-

Atque coronis erit. Super hanc Regina sedebis,  
 Et totum aspicias exciri sedibus Orbem;  
 Inque tributa animas, mox aurum ferre videbis.  
 Omnes angusto conclusas Limine terras;  
 Exutas membris imitantia corpora mentes,  
 Exiguos penetrare Lares; fremere atria fletu;  
 Secla quibus parcunt, corrodere lævia muros  
 Oscula; & attactu mollescere saxa genarum.  
 Pontifices hæc Aula dabit tibi, Roma; meamque  
 Firmabunt Virtute fugam, referentque labores.  
 Hos Deus Imperij iam signat honore Latini;  
 Nazareæque Domus educere gestit ab alio  
 Paupertatis opes, & Maiestatis alumnos.  
 Eductus Barbo Paulus de sanguine, ab Æde  
 Virginis in Latiam quantus se proferet Urbem!

Mors consanguineas morborum pallida turmas  
 Inferet Anconæ laribus: virgâque potenti  
 Angue ter excusso dum verberat, inficit ostrum,  
 Barbe, tuum. Patres vocat ad Conclavia Roma;  
 Dira lues lecto te distinet. Excute sordes:  
 Nomen, Petre, meum, Regnum, & me redde **Quirinis**.  
 Proximus ille neci cælestia Limina Vitæ  
 Æger, & obducto caligans sanguine visit.  
 Denolat ante Virum Cæli Regina: precantem  
 Vultu animat, pestemque fugat, Regnoque redonat.  
 Petre, ait, Imperio per me succede Latino.  
 In Vaticanum solium tibi verto sepulchrum.  
 Promissi tunc ille vades iuuenescere vires  
 Sentit, & immisso salientes sanguine venas.  
 Optatum maturat iter; populique receptus  
 Plausibus ille tui, nullis dissensibus Aulæ,  
 Conspirare videt Romani vota Senatus.

*Predicit popu-  
 lorum con-  
 carsum.*

*Petrus Bar-  
 bus Card. pe-  
 stilentia ta-  
 ctus defertur  
 se confestim  
 ad Templum  
 Laur. iubet.  
 Oranti som-  
 nus obrepit.  
 Virgo appa-  
 ret, ipsum pro  
 pediem Pon-  
 tificem futu-  
 rum pollice-  
 tur. sanatur.  
 fit Dei nutu,  
 & Deipare  
 Fomifex di-  
 cta die. Turf.  
 l. 2. c. 1. His.  
 Lau.*

*Cælestini de  
Pontif. vati-  
cinium*

*Virginem, cui  
est à Populo  
nomen, nudo  
pede circum-*

*feret, ut Tur-  
cam auertat,*

*qui, victa Epi-  
ro, minabitur  
Illyrio. Christ.*

*etiam Princi-  
pes sacræ ad  
bellum urge-*

*bit. Ciaccon.  
Ec. an. 1470*

*Equitatus  
meo in curri-*

*bus Pharao-  
nis assimilari  
te amica mea*

*Cant. 1.*

*Reperta est in  
Viterbiensi di-  
tione S. Ma-*

*ria de Quer-  
cu. Ciaccon.*

*Hanc perui-  
sum aspexere  
duæ femina*

*in tegula è  
quercu pendè*

*te. an. 1467.*

*Id.*

*Xerxes Jata  
à se arborem  
gemmis orna-*

*bat.*

Fit dubitasse nefas; mentes dum numine versat,  
Ducit & in Petri suffragia Virgo. Voluptas,  
Gaudiaque inuoluunt, puro sed gurgite, ciues:  
Cor plaudit, vocesque. Fane iam, Roma, Parenti,  
Qui tibi procudet meliori secla metallo.

Virginis auspicijs dominabitur ille, suisque  
Inferet hanc Dominam Regnis. Pede nudus, obibit

A populo dictas, populis vndantibus, aras.  
Icona Virginei vultus hinc Ætheris Atlas

Efferet, ancile in Turcas, vexillaque belli,  
Et Lunam, Odrysus quam Cerberus ore trifauci

Oblatrat. Epirum nam postquam dente subegit;  
Sæuit; & Illyrium rursus dare ricibus optat.

Paulus in arma vocat, magna sub Virgine, Reges,  
Armigero centum quæ continet agmina vultu;

E solido argento cui propugnacula malæ;  
Cui bellatores obtutus; vbera turres;

Lumina cui rutilant armamentaria Cæli;  
Palpebra cui clypeus; cui frons equitatus Erythræ,

Qui tamen haud pelago tumulatur, at obruit hostes.  
Gaude Roma: fluent, hoc Principe secula mellis;

Mellaque sudabunt quercus. Nam mellea Virgo  
E quercu pendens pluuium stillabit Olympum.

Delicias, & amoris opes, liquefactaque nimbis  
Sidera mellitis: rorabit & ipsa liquatum

Virginis vlna Deum, populos quæ sparget in omnes  
Fusilis ad Mundi flagrantia vota per Orbem.

Namque vbi Fama canet, viridi miracula quercu  
Pro folijs vernare nouis; pubescere dona,

Glandibus abiectis; florescere gaudia ramis;  
Aligeros iterum mensas componere ad vmbra

Arboris; & gemmis ramos intexere Numen;

Protinus vnda fremit populorū, immissaque cunctis  
Exilit è Regnis : Viterbi fertur in agros :

Perlustrat nemus omne, sonat quā plausibus Arbor,  
Arbor adoratas factura nepotibus umbras,

Lumine sed grauidas umbras, Solisque maritas  
Æterni, Lunāque super crescente, feraces.

Ciuius à magna seruatīs Virgine, quercus  
Virginis in fertum, folijs se ciuica texet.

Fulciet hæc Stygijs direpta latronibus arma ;  
Votaque suspendet ramis, & corda præcantum.

Nomina, quæ folijs mandabit, in astra, Deique  
Transcribet mentem, vanis non credita ventis.

Hæc eadem geminas in vertice fida columbas  
Attollet, niueum, niuea cum Matre Puellum,

Monstrantes iter ad Superos. Dodonia quercus  
Rumpitur inuidiâ : namque hæc oracula in omnes

Vocalis funder, sed non fallacia gentes.

Gaude Roma : olei, Paulo sub Principe, fontes  
Dulcia secla liquant, ab Amoris proflua flammis.

Hæc Capitolinis radicibus exilit vnda.  
Induperatricem Superum Tarpēia Rupes

Parturit, Imperij sedes ; cui Gratia nomen  
Indidit. hinc plenâ solatia versat ab vna :

Dumque fluunt populi, Cæli fuit imber. In arce,  
Formidata sedes vbi, Roma, triumphat, & hostes

Muneribus debellat Amor. Pia scepra Quirini,  
Et trabeas hinc Virgo gerit : fora fascibus ambit ;

Atque triumphatæ proculcat colla Mineræ.  
Hic sedet armipotens, pacemque ministrat & arma.

Ad sua Templā catenatas hinc illa cateruas  
Pertrahit, atque onerat post ferrea vincula donis.

Euocat hinc Reges. Fridericum, Roma, latentem

*Olim ex arbor. trophæa.  
De hac Virg.  
l. 6. in qua columba gemine, Aeneas iter monstrantes.*

*Erat sacra Mineræ dæbatque oracula.*

*An. 1471. sub Paulo ad Capitoli radices prope S. Mar. Gratiarū reperta in muro B.V. imago, cui à Consolatione nomen. Ciacc.*

*Il. Virgo Capitoli præses, & Domina.*

A. 1468. Fri-  
 dericus Imp.  
 ad Paulum  
 Romam venit  
 an. 1470. Fri-  
 dericus adole-  
 scens Ferdinã  
 di filius. Ciac  
 Marcellus  
 Ceruinus.  
 Sub hoc aure  
 tum seculum  
 dĩ speratur,  
 intra 22. dies  
 obit. Ciac.  
 Marcello rē  
 sacram in Sa-  
 cello Laure-  
 tano facienti  
 eximio cando-  
 re ac specie  
 columba sepē  
 astat. rur-  
 sus ad eamde  
 Aram ope-  
 ranti apparet  
 Virgo, et ipsū  
 clarissima lu-  
 ce circumda-  
 tum fore Pon-  
 tificem indi-  
 cat. Turs. l. 5.  
 cap. 20. Hist.  
 Laur.

Sub panno aspicias procumbere ad oscula Pauli;  
 Regalemque animum regali fonte linire,  
 Quem trahit è vultu Pietas & Gratia Diuæ.

Excipe Marcellum: venit in suffragia Mundus.  
 Hoc regnante reges Orbem, violentus amore  
 Quem rapiet, micis populorum in corda tyrannus.  
 Principis ante pedes, cæli qui margine claudit  
 Imperium, pede conferto gens omnis in Urbem  
 Illabatur; vt in folio se colligat vno  
 Finibus è multis; vtque vni subdita regnet.  
 Indomiti bello, feritate, atque Orbe Britanni  
 Diuulsi venient: veniet glacialis Ierna,  
 Cum populo in Tyberim dilutâ cæde superbus.  
 Illius obsequio Tanais, Nilusque relinquent  
 Littora cum lymphis: transfundent flumina gentis;  
 Bistonij Romæ arua regent; ignotaque Thule  
 Abruptas transgressa vias: sua spicula Mauri  
 In Vaticano frangent durissima saxo;  
 Mollia quo pedibus dent oscula. vulnus amoris  
 Hinc referent, Fideique iugum, Pietatis & arma.  
 Quis voci obsistat Virtutis? cuncta silendo  
 Euocat ad plausus: rapit vrbes, Regna, Tyrannos;  
 Quâ Sol vrget equos & retrahit, illa susurrat,  
 Allicit, exterret, sonat imperiosa, vocatque  
 Saxa, feras, mutumque pecus: trahit omnia Virtus.  
 Vox est tota: manus, oculi, frons, corda loquuntur;  
 Et vel muta tonat, vel factis visa perorat.

Excipe Marcellam. Tamen ò! suspende micantē  
 Pectore lætitiã, mea Roma. hunc Virgo Latino  
 Ostendet Regno tantum. Date lilia, ciues,  
 Et violas miscete rosis, & gaudia luctu.

Huic, Lauretanus dum Mystra operatur ad Aras,



Candida Cælituum delapsa Columba viretis,  
 Incubat; & frontem pennâ rutilante coronans,  
 Destinât Imperio. Sed Mors circumuolat umbrâ  
 Ipsa etiam malè fida caput. Romana propago,  
 Felix, heu nimium felix, si fata dedissent  
 Regna tenere diu. Rupes Tarpëia Direm,  
 Et stygios compressisset, ceu Caucasus, hostes.  
 Ipsa Auis, Imperij Regina, in viscera rostro  
 Impia descendens, iecur immortale vorasset.  
 Heu Pietas, heu Pacis Amor, concussa que numquam  
 Flamme adulantum Virtus! impunè tulisset  
 Non cædes, Aulæque dolos, luxumque potentum:  
 Diuitis vrticas, repulisset munera; honorum  
 Nec pretijs vltro commercia fœda dedisset.  
 Non sitiens, sed largus opum, inuitasset honestos  
 Diuitijs mores, pressisset crimina pœnis.

Pone tamen luctum. Sol occidet: attamen ingens  
 Occiduo de Sole Astrum, soror inclyta Solis,  
 Cynthia parturiet, cui se Sapientia riuis  
 Omnibus iufundet lucis; Romana colorem  
 Purpura & vnde bibet, lacrymis abluta decoris.  
 Simplicitas, Pietas, Doctrina, modestia, robur,  
 Maiestas & honor, paupertas, copia rerum,  
 Cura quietis, amor populi, pax, iraque vindex,  
 Pectoris atque index magni, pacisque ministra,  
 Hoc benè conuenient in Principe. Vincere fraudes  
 Hæresis edoctus, sed fallere nescius, arma,  
 Bella, minasque manu tractabit victor inermi;  
 Et respondebunt magnis cognomina factis.  
 Innocuus feriet nocuos sine cæde Colubros,  
 Terribilis calamo: cæli cui bellica succum  
 Sidera stillabunt; cui se, ceu pagina, Candor

Sub-

Religato Pro-  
 metheo in  
 monte Cauca-  
 so aquila cor-  
 exedebat.  
 Oratori Regis  
 Hisp. suppli-  
 cantium veniam  
 homicidij pra  
 viro nobilissi-  
 Romano re-  
 spōdit: ne qua-  
 quam sibi pla-  
 cere ab homi-  
 cidij absolutio-  
 ne Pontifica-  
 tū inire. Lu-  
 xum odit: va-  
 sa argentea  
 remoueri ius-  
 sit è mensa,  
 aenea satis es-  
 se dictitans.  
 paucorum mi-  
 nisterio con-  
 tentus fuit.  
 Ciaccon.  
 E Cynthia  
 Marcelli so-  
 rore natus est  
 Bellarminus.  
 Bellarmini  
 laudes.  
 Sapius macu-  
 lauit purpu-  
 rā lacrymis,  
 eam gerens  
 inuitus. in-  
 vit.

*Vir syncere  
fidei contra  
hæreticos fidẽ  
defendit lin-  
guas, & cala-  
mo .*

Substernet ; ducetque Fides in prælia mentis  
Scriba characteres , nullis infecta lituris ,  
Bellarminus erit . Nec adhuc formidine , tanti  
Nominis ad sonitum , trepidatis Tartara ? Sola  
Nominis umbra faces Fidei dum præferet , umbras,  
Inferet ingenijs , Barathri quæ Lucifer igne  
Fecundat tenebris , cæcoque illuminat actu .  
Bellarminus erit . Stellata volumina , nomen ,  
Ætheris implebit ; dum docta volumina dextra  
Arcanis Sophiæ thesauris implet , & ornat .

*Volumina Bel-  
larmini era-  
ria sapientiæ .*

*Pius II. Se-  
nensis insignis  
eloquentia .*

Filia quid Latij , Romæque colonia , pigro,  
Sena , Pium gremio complecteris ? Aggere fracto,  
Frangere moras , fluuioque viam da læta sonantis  
Eloquij . Pius ore potest turgere deserto ,  
Et superare Tigris , vel Hydaspsis flumina cursu .  
Vox olli dulcis ; sed amoris plena seueri ,  
Flexa , polita , rapax animorum , florida , culta,  
Leniter imperiosa , potens , librataque mente ,  
Pondere consilij vibrata , opulentaque , victrix ,  
Libera , fusa , tonans , frenis sed ducta pudoris ,  
Vndans aggeribus , quos sola modestia pandit ,  
Egregijs dictis animosa , inuictaque semper ,  
Qua Romana Fides , Deus ipse è Rupe Latina  
In populos fundet diuinæ oracula vocis ,  
Atque animos fluido rapiet sermone volutos .  
Sena , nequis retinere vndas , quibus alueus Orbis ;  
Roma caput fluuij ; sunt littora Regna . Quot ille,  
In Vaticano dum stagnat vertice , gentes  
In sacra bella rapit , Turcarum noxia Lunæ ?  
Euocat armatas acies ; cum Regibus aulas  
Sedibus euellit patrijs . Vix Mantua cœtus  
Conciliumque capit Regum , pia bella frementum .

Dum

Dum Byzantinam Thrax occupat impius urbē ;  
 Alligat eloquio Venetos , & fœderat armis .  
 Nectitur & parili Burgundia fœdere . Fundit ,  
 Protrahit , & torquet pretiosas ore catenas  
 Sanctior , Heroes ducturus , Iuppiter auro ,  
 Quod sermone liquat . sed Mors quæ mura triūphat ,  
 Imponitque Viris inimica silentia , morbo  
 Linguam lethali deuinciet . Ille dolorem  
 Exuperans , lethi fraudes , incendia febris ,  
 Corde exorabit Verbi , sine voce , Parentem .  
 Ipsa loqui si dona solent ; ad Virginis aras  
 Aspera transmittet Lauretum cymbia gemmis ,  
 Immortale merum propinatura Tonantis ;  
 Muneribusque preces addet . Pia Virgo , dolentē  
 Affer opem . febris incendit : sed pectus adurit  
 In Thraces magis ira . Sacri molimina belli  
 Interrupta iacent : vox deficit arma vocantis :  
 Crescit amor belli . Geminus dum prouocat ardor ,  
 Contenditque sinu ; gemino consumor ab igne .  
 Sic freta diuersis lacerantur peruia ventis .  
 Tu nostras compone faces ò Virgo : coactis  
 Agminibus me redde Ducem . sit nostra triumphī  
 Augurium stimulusque salus : consurgere detur ;  
 Ut iaceant hostes , iaceam vel conditus hoste ,  
 Hoste sed extincto . Tunc sidera vertice tangam :  
 Tunc Vaticanā stabit mihi firmior arce  
 Structa cadaueribus moles ; licet ossa iacentis  
 Opprimat ; impietasque Pium me saxea condat .  
 Tela prius membris desueta tremantibus apto .  
 Regibus exemplum , sexagenarius arma ,  
 Pacis at arma fero . Pax est ad funera Thraces  
 Proturbare armis . decus est mutare thiaras

*In concilio  
 Mantuano  
 sua presentia  
 ac voce ad  
 Turcicū bel-  
 lū principes ,  
 Et populos in-  
 citat . Turf in  
 Hist. Laur.  
 Ex itineris  
 laboribus fe-  
 bri agrotat ,  
 Et tussit .  
 Vouet calicē  
 aureum opere  
 insignem .*

In galeas . Superùm æquè militat infula Regi ,  
 Militis & cassis . non fœdat firmata sanguis ,  
 Sed sacrat ; si causa trahit , sed iusta cruorem .  
 Sica Sacerdotem , scortantis in inguine fixa ,

*Phinees sur-  
 rexit, & acce-  
 pto pugione  
 persuasit am-  
 hos simul, &c.  
 erit tam ipsi  
 quam semi-  
 ni eius patrem  
 Sacerdotij se-  
 viternum, quia  
 zelatus est,  
 &c. Num. 25  
 Voto nuncu-  
 pato cepit fe-  
 bris refrige-  
 scere, tussisque  
 remittere .*

Dedicat æternum Phineem cælestibus aris .  
 Hæc viunt me vota , Parens . Gemmata pyropis  
 Pocula sume , tui caleant quæ sanguine Nati ,  
 Atque meo . Propino tibi : ne respue , Virgo .  
 Misceo dum nostrum sacro in cratere cruorem ;  
 Sanguine diuino , vita est in sanguine , viuam .  
 Orantem Genitrix audit ; placataque donis ,  
 Donat opes vitæ . Pius ora resoluit & artus .  
 Iam graditur : crescut animi : stat robur ; at impar  
 Ausibus : extincta remanent nam semina flammæ .  
 Morbi reliquijs languet : vestigia nutant :  
 Exanguis notat ora color : rigor occupat artus .  
 Non aliter scintilla faces si paruula magnas  
 Intulit in cæcas ædes sub nocte silenti ,  
 Incumbuntque Notis calido se vortice flumen  
 Prouehit ignitum : flammis torrentibus aulam  
 Obruit : eructat fractis incendia tectis :  
 Dependet quassata domus , patulisque fenestris  
 Cum fumo vapor expirat , quem turbinat aura ,  
 Vicinosque lares inimico murmure terret .  
 Vndique conueniunt populi , quos publica tangunt  
 Commoda : Neptuno Vulcanum vincere tentant .  
 Materiem rapit hic flammis , cedrosque subefas  
 Projicit in præceps : vellit laquearia : mensas  
 Scriniaque euoluit : largas ille ingerit vndas ;  
 Donec flamma , suo tandem tumulata sepulchro ,  
 Cum fremitu cadit in cineres . sed mortua viuit :  
 Fumat adhuc nam triste solum , fibrisque sub imis

Pestis adhuc infida latens, noua damna retentat.

Ergo mouere gradus in Virginis Atria certat  
Spe Pius innixus. Lauretum, Templaque longè  
Dum cernit; vigor exoritur: se firmat eundo:  
Reliquias abigit febris: delubraquetandem  
Virginis ingreditur. Tunc protinus omnis in auras  
Vis abiit morbi, steteruntque in pectore vires.  
Intonat attonitus rursus Pius arma: salutem  
Deuonet acceptam Diuæ, vitamque redonat.

Pontificam Mater, Lunæque simillima Virgo,  
Æthereâ secum stellas quæ sede reponit,  
Orbis ad Imperium, Xisti gentilia ducet  
Sidera. Proh quali rutilabit luce timendus!  
Hoc dominâte cadēt vmbra, quibus improba frau-  
Occulit impietas: morti damnata latronum (des  
Corpora perquiret gladio; nemorumque recessu  
Extrahet ad laqueum. Sic Maiestate seuerus  
Sol venatores iubet ire per antra ferarum;

Cædibus & cædes cumulare; leonibus apros,  
Et miscere lupos vrsis; & sæpè vorati  
Sanguinis humani proprio dare sanguine pœnas.

Qui fuerant tacitæ quondam tentoria mortis,  
Montes æquabit Xistus, siluasque reuellet  
Quâ face quâ ferro, Gedeone potentior; irâ  
Qui ferus vltrici densissima robora saltus,  
Et gladio annosæ violauit robora filuæ.

Tunc suspecta prius Peregrinus compita tuto  
Calcabit gressu. nisi fortè in sanguine furum  
Lubrica gaudebit currens vestigia labi.

Inde viatorum resonabunt omnia cantu:  
Mæandris inde irriguis turba vndique lapsa,  
Et multis infasa vijs, fundetur in Ædes

*Quò propius  
Laureti accedit  
melius se habet.*

*Ad conspectu  
B. Virginis  
valens peruenit,  
ac vegetus, & vota  
soluit. ex*

*Turs in h. l. a  
Xistus V. B.*

*V Lauretane  
additissimus*

*Sicarios, &  
exules exterminat  
ex*

*Turs. h. Lau.  
c. 11. l. 5.*

*Collem Lau-  
reto proxima  
æquat.*

Virginis , Auroræ populos & Regna trahentis  
Ultima . Complecti Laureti Villula totum  
Sed nequit auulsum patrijs è sedibus Orbem .

*Laureti spa-  
tium amplifi-  
cat.*

*Fontem ape-  
rit .*

Ergo humile oppidulum, pelagus quâ littora lunat,  
Sumptibus immensis fines protendet auitos,  
Leniter emissos perfosso è monte . perenni  
Se fons cum sonitu flectens ad mœnia riuo ,  
Præbebit populo latè populariter vndas .  
Innumeri cum fonte fluent saliente coloni :  
Namque loci facies lætissima . noxius aër ,  
Iam felix Aquilone , nouas excurret in oras ;  
Nec vitiabit agros nebulâ , neque corpora tabo .

*La. oppidum  
ciuitatis iure  
è Episcopatu  
donat.*

*Lau. Templi  
valuas ex  
ære cęlat 40.  
aureorū mil-  
libus .*

*Signum aneū  
Xisti in Tem-  
pli gradibus  
positum.*

Hanc dabit esse Urbem : Pastore , & legibus Urbem  
Constituet : Puerique Dei cunabula magnis  
Postibus armabit Xistus stridentibus ære .

Munera Pontificis ne labilis impetus æui  
Letheos ferat in fluuios , quibus omnia dona  
Degener obscuris obliuio deuorat vndis ,  
Picenum in Statua , velut aggere , stare iubebit .

Marmoreis Templi facies distincta columnis  
Qua fora spectabit , diademate cincta domorum ;  
Maiestate solum grandi premet ardua moles ,  
Pontificis referens vultus ex ære , quod igne  
Scintillare pio vicina è Virgine credas ,

*Alexander  
VII.*

Et sacrâ populos in Tempa laceffere flammâ .  
Te quoque, Alexander, Regina Virginis Aula  
Efferet in Regnum , gemino quod sidere signat ;  
Et gemino , lucent vbi consita sidera , monte .

*In hunc ad-  
buc puerum  
ira Luciferi .*

Lucifer in puero tantæ cunabula lucis  
Horrescet, præceptusque animi , nec sobrius iræ :  
Matutinus , ait , Fabij mihi nubila fulgor  
Protendit, nigrumque diem . mihi Sena quid vltra

He-

Heroes paris illustres, inimicaque Diti  
 Castra tenebroso? Puer ecce timendus Averno  
 E Vaticanis mihi montibus inferet arma;  
 Inque meas umbras pro telis astra vibrabit.  
 Auspicia heu malè captantur, quà Chisia surgunt  
 Culmina: Tænareas hac auguror arce ruinas.  
 Experiar tamen ingenium, fraudesque locabo.  
 Non vrit Fabij mea subdita flamma medullas,  
 E Cypriae correpta focus: auertit amoris  
 Impuri stimulos, durans ad vulnera sensus.  
 Aggrediar corpus; si mens, sibi clausa, recedit  
 In se: si tantùm caelesti carpitur æstu.  
 Ut cadat ante diem, venis inspergere virus;  
 Distillare necem iuuat in præcordia sensum.  
 Lapsa minutatim trahat ossa, & cruda fatiget  
 Ora siti: vires furtim pascatur & artus;  
 Donec procumbat mea victima febris in igne.  
 Lucifer hac æstus agitabit voce. Tegendo  
 Flamma furens viuunt: vitiato sanguine vultus  
 Pallet; edaxque sitis sub pectore perfurit imo,  
 Ingenuæ florem febris libata iuuentæ,  
 In venis abstrusa latet: vitale flabellum,  
 Quas trahit, infectas ex ore reciprocatur auras.  
 Iamque propinquabit letho; cum Virgo virescet  
 Cui lauro titulus, pubescet gloria factis,  
 Inferet hanc iuueni mentem: augustale salutis  
 Virginis esse Domum: lauri succedat ad umbram;  
 Febris ut immissum procul arceat umbra calorem,  
 Sola refrigerium vitæ. Spem vota que corde  
 Concipit arcana Fabius; medicasque per os  
 Inde manus, adhibet solam te, Virgo, medelam;  
 Inque diem morbo pressum caput alius effert,  
 Mem-

*Graviter æ-  
grotat.*

*Ope Laureta-  
ne Virginis  
conualescit.*

Membraque iam tabo reparat dilapsa proteruo .  
 Non fecus agricolæ quercus dissecta securi ,  
 Florida robustos dum tendit in aëra ramos ,  
 Trunco ignominiam malè sustinet , atque superbi  
 Siluicolæ plagas : mox Vere fauentibus auris ,  
 Frondibus aucta nouis, Zephyri petit æthera plausu.

*Vota solutu-  
 rus Laureti  
 iter habet .*

Tum verò Fabius, victa nece, surget ; & ambas  
 Tolle in astra manus, gressusque ad limina flectet  
 Lauretana . Pedem vix inferet : ecce precanti  
 Mens rapitur sensusque . Petrum, stipante corona  
 Cælituum , sacras operantem cernit ad aras .

*In ara Laur.  
 B. Petrum in  
 ter alios Pon-  
 tifices sacrifi-  
 cantem videt.  
 poet.*

Nomine magnus adest, umbratus tempora lauro,  
 Gregorius, dextrumque latus splendoribus ambit.  
 Terribili Leo luce placet, læuumque coronat ,  
 Dalmaticis ambo tunicis linoque decori .

Diffimili stant veste Pij : nam diuite luxu  
 Addita Viruti Sapientia fila Secundo  
 In chlamydem voluit, Solesque intexit in auro .  
 Arte Fides mirâ tenuat sed firmata Quinto .  
 Prodigijs variatur opus . Stola ducta sub ala  
 Transuersim duplici, promissa, & pensilis, omnes  
 Versicolorato decorat pulcherrima ductu .  
 Cingula candidulus turgescit ad aurea byffus ,  
 Et fluitat rutilas gremio crispatus in auras .  
 Stant super Aligeri ; Regnique insignia dextris  
 Attollunt, diadema triplex . Libamen ad aras  
 Expedi è cælo Michaël ; Cereremque ministrat,  
 Poculaque . Augusto Petrus ore incumbit, & afflat  
 Voce dapes pollente . Deus tunc Æthere lapsus  
 Victima succedit Cereri, sed viua, fugata ,  
 Atque mero . Sequitur Genitrix diuina Tonantem  
 Triticeo vectum curru . Quo ritè litato :

*B. Virgo Laur.  
 D. Petro Fa-  
 bii pontifica-  
 tum prædicat.  
 Peti.*



Verre, inquit, iuuenem cernis, qui affunditur aræ,  
 Votaque persoluit? meus est, pupillaque frontis,  
 Thesaurusque mei cordis, quem matris ab vlnis  
 Diripui, fouique sinu; quo sceptræ, coronæ,  
 Et sacra Pontificum florescit purpura succo  
 Sanguinis, in Mundi pretium quem sanguine nostro  
 Duxit Amor. Nostris quia nunquam Chisus vlnis  
 Regalique sinu cecidit; regnabit, & Orbem  
 Fulciet hic mecum, scelerum dum pondere nutat.  
 Omnibus accitus studijs, bella, omnia bella,  
 Virtutum radijs, & maiestate fugabit.  
 Hunc vehet alta humeris & pectore Roma: cruoris  
 Inter lætitiæ lacrymas siccabitur vnda,  
 Telaque frangentur. Tamen hos in semine fructus  
 Perdere Mors tentat, genitrix & filia belli,

Bis omnē, in tumulū lapidē importuna mouebit.  
 Sed tumulo emerget, lapidumque è mole sepultus;  
 At viua semper Virtute. In viscere caute[m]  
 Sentiet heu tenero latitantem inolescere morsu  
 In segetem mortis, lapidicinamque dolorum.  
 Quis clausam speret pestem lenire medendo?  
 Ille Deo mentem, sensumque affiget Olympo;  
 Tormenti genus horrendum ne sentiat. Astra  
 Visa iuuant; & sæpè dolor fulgore leuatur  
 Ætheris, applicito morbis. Medicina Futuri  
 Sola malis prodest præsentibus. Vna voluptas,  
 Vna quies Fabio, nunc sidera quærere vultu;  
 Nunc stellata mei, melioraque vulnera Nati  
 Explorare oculis; rimari corde; lapillos  
 Sanguinis, & gemmas furari; allambere; venâ  
 Dum lapidum arcanâ lapidatur, & horret ad ictus  
 Vita labans, hostemque fouet, munitque tegendo.

*Bis eundem  
 calculo labo-  
 raturum?*

*Bis sanctulum  
obiecta agrote  
Christi patie  
tis imagine .*

Tunc ego sidereis depicta coloribus ora  
Numinis obijciam , pallentis imagine mortis .  
Rore leui tabulam aspergam , succoque salutis .  
Funeris vltor erit Natus , dum funera vultu ,  
Dum luctus curasque refert . Hunc ille feroci  
Sollicitus morbo spectabit : & vmbra Tonantis  
In fatum properantis , erit lux aurea vitæ .  
Dulci conflictu dolor ; ardor ; amica voluptas ;  
Petra Deus , qua lætitiæ salit vnda ; fodina  
Calculus indomiti luctus , & vena doloris ;  
Hinc Nati cruor ; hinc sudor languentis alumni,  
Solantur pœnâ Fabium , & dulcedine torquent .  
Naufragij hanc vîti tabulam , licet actus ad oras  
Et Vaticanæ ripas , anathemata mortis  
Bis domitæ , & Petræ , qua prominet, omen amabit ;  
Atque oculis iterum vigilique requireret amore .  
Virginis has voces lituis fidibusque tubisque  
Excipiet Superùm pubes ; diademaque triplex  
Crimibus imponet Fabij , sua dona timentis ,  
Et lacrymantis . At in niueas abit humida gemmas  
Lacryma ; lecta leui Diuûm quæ pollice fingit  
Regni stemma sacri . Nolens ita seruit honori  
Ipse, suo Princeps , quem pondere territus odit .

*Hanc imagi-  
nem ab eo  
seruandam .*

*Ad hæc Vir-  
ginis vatici-  
nia Superum  
plausus .*

Affuso sed qui circum sacraria Patres  
Assistunt cœtu , Fabio lacrymante , benignis  
Arrident oculis : iuueni dant brachia collo :  
Hærent impliciti ; infunduntque per oscula mores,  
Insinuantque animas , vnoque in pectore viuunt,  
Quem sic affatur Petrus ; sed voce per aures  
Quæ non missa sonat , tacito sed corde perorat,  
Arcanosque mouet sensus . Iustissima Diuûm  
Cura , Fabi , Regno tibi sit præsentius omni

*D. Petrus Fa-  
bium alloqui-  
tur, & ad  
Laur. Virg.  
amorem her-  
tatur .*

Vir-

Virgineæ Genitricis amor ; qua præside , quisquis  
 Sceptra tenet, nil sceptrâ facit; Dominusque regentis  
 Cuncta Dei , nil cuncta putat . Te Virgo Quirino  
 Destinât Imperio , superis quia destinât astris .  
 Lubrica res sublimis apex : trahiturque ruina .  
 Sæpius elato Regnorum è culmine . Sed tu  
 E Vaticano , subnixus Virgine , monte  
 Disce subire arcem stellarum . Hoc edocet astrum  
 In gentilitijs quod montibus Æthera monstrat ,  
 Et facilem super astra viam . tamen ante memento  
 Annis implendam ætatem , virtutibus Orbem .  
 Hoc etiam memori signabis corde : catenis  
 Æternis postquam fera bella ligaueris , Ædes  
 Has iterum vt visas ; pacisque insignia muris,  
 Laurigerisque aris , domiti spolia ampla furoris,  
 Accumules victor . Tibi Virgo corona triumphâ  
 Immortalis erit . Susceptos gratus honores  
 Huic dum mortales reddes , æterna refundet  
 Regna tibi . documentum ingens : bis Regna parari,  
 Si tibi seruitium tantum , sed nobile , Regnum est;  
 Teque regis, famulumq; geris, dum sceptrâ gubernas.  
 Hæc Petrus: Superumque chorus dilapsus in auras  
 Soluentem lacrymis iuuenem sua vota relinquet .

Attonitus visis non ille è pectore voces ,  
 Facta sed ex animo laxat : se deuouet aris ;  
 Aurea Pontificis sequitur vexilla togatus ;  
 Succumbitque Aulæ , seruit cui curia Regum ,  
 Regia quæ Mundi , maiestatisque tribunal ,  
 Est innixa Domus Cælo , Diuisque propinqua ,  
 Cardinibus suffulta Orbis , fratresque serenos  
 Regali complexa sinu . Tunc fortior vsu  
 Urbani iussis , magnisque exercita curis ,

*Fabius sacris  
 ordinibus ini-  
 tiatur .*

*Seruit Aula  
 Rom. negotijs.*

*Quæ sit vera  
 Politicâ .*

Lumine clara suo, Fabij prudentia in omnes  
 Discurret, ceu vena actus argentea, Cælo  
 Corriuata, canaliculis non ducta Catonum.  
 Scilicet hæc Reges regnandi ars vnica format:  
 Hæc Superos regit vna, fluens è mente Tonantis,  
 E Christi fluuijs, magnoque volumine Verbi,  
 Omnis vbi lex est legum, descripta cruore.  
 Hanc non metitur lucrum, non gratia vulgi;  
 Non agit ambitio, non relligione superstat  
 Succollante; sed hanc tollit super omnia; & ipsâ  
 In ceruice locat Regum; censumque lucrumque  
 Esse putat, cumulare animis æraria cæli.

Vt geminis ripis & regno Rheus aquarum  
 Deuehit argentum, gemino sic littore, cordis,  
 Dona sui voluit Fabius. Prætermeat aulam  
 Fusilis in curas Sapientia: flumine Virtus  
 Profluit aurato, Pietatis & otia quærit.

Nobilitas quâ Parthenio Romana Senatu,  
 Virginis auspicijs cælum subeuntis, amore  
 Iungitur, ô quantum tua, Chisi, gratia crescet!  
 Gemma maritatur ceu circo pulchrior auri,  
 Moribus ingenuis sic Virginis inter alumnos  
 Effulges rutilis flammis; aurumque pyropus  
 Nobilitas medius. Iunior maiore cothurno  
 Attamen incedis virtutum. Extare popello,  
 Ceu Saul, in medio magnum est: superare Gigantes  
 Sed quid erit? celsâ palmam quid fronte, trophæum  
 Virginis augustæ, contingere? Cernite. viuet  
 Non delenda vnquam Mariano in codice Virtus.  
 Egregium referet iuuenem, cuspumque metallo  
 Nobiliore, animo canum, spemque Urbis & Orbis.

Dum crescit Pietas, Solem velut vmbra fugacem,

Pur-

*Fab. ascribi-  
 tur nobilitas  
 in sodalitiis,  
 quod sub titu  
 lo Virg. est in  
 cælum assum  
 ptæ.*

*Eius in fastis  
 hoc repertum  
 Elogium: Fa-  
 bins Chisius  
 eximia vir-  
 tutis adole-  
 scens.*

Purpura prosequitur Fabium, qui lumina vibrat  
 Non fugitiua. Quirinali suppositus Olympo,  
 Fulcit onus; dorsoque orbes & sidera torquet.

Laureti memor ex adytis, roseoque Cubili  
 Proxima supremo tenuisse cacumina Regno,  
 Grati animi tibi, Virgo, locat monumenta, Sacellum,

Quod Lauretano simili se nomine iungat,  
 Inclusum Templi spatij, cui proflua nomen  
 Turba dedit Populi; conspirabuntque duello  
 Hac in sede arces. Mirantur Memphide sectâ  
 Ad latus in cælum se tollere mausolea;

Et super Augustos cineres imposita sacrari;  
 Ægyptique nefas abolere, domusque beata  
 Reliquias seruare sinu, cælestia vitæ  
 Pignora perpetuæ. Pictura coloribus afflat

Aræ animam, murisque, tholo circumque supraque.  
 Imponunt oculis simulacra, indutaque formam  
 Temporis & vitæ mortisque, è marmore credas

Luminibus lucem vibrare, animamque loquacem,  
 In medio vacuum titulis pompâque sepulchrum  
 Sternitur ad Fabij cineres cum lemmate: Ad astra

Mors iter est. Fabij non hæret marmore nomen,  
 Nec debet tellure premi, quod scribitur astris.

Emeritum pridem, curisque Deoque vacantem,  
 Tot complexa gradus tandem suprema potestas  
 Eriget in folium, Mundique imponet habenis.

Hoc regnante lues multas dominata per vrbes,  
 Principis astra timens, in Turcas castra mouebit.  
 Horrida funeribus mea Roma, atque obsita luctu,

Ipsa sibi feretrum, sibi præfica, & vrna sepulchri,  
 Dum tabo grassante gemit; fera nubila mortis  
 Franget Alexander, quia lampada quassat amoris.

*Cardinalis  
 creatur.*

*In Templo B.  
 Mariæ à Po-  
 pulo sacellū  
 Lauretane  
 V. sacrū or-  
 nat, ac reno-  
 uat.*

*In hoc statuae  
 sunt, & picta  
 tabulae insi-  
 gnes.*

*Et Chistorum  
 sepulchra.*

*In area me-  
 dia Fabij se-  
 pulchrum sine  
 nomine.*

*Fit Pontifex.*

*Et Pontifice  
 pestis Romæ  
 grassata.*

Ergo age Pontifices cum fœnore, Roma, rependit  
Lauretana tibi Sedes : spem tolle cadentem :

Hæc tibi Regna dabit; Rex hîc nam regnat Olympi,

Quosque creat Reges, hîc perficit . Humida fletu

Lumina terge. Nouum dum Sol reuocauerit annum,

Quæ Tanaim pia turba bibit, fluctusque Garumnæ,

Flumina Gangis, Hydaspis aquas, Rhenumq; Tagûq;

Danubium, Rhodanum, Tamesim, fontesq; Sicanos,

E Lauretanis immissa Penatibus, Urbis

Quattuor intrabit, lustralibus obuia sacris,

Limina . Nam postquam nostris confederit aruis

Alina Domus, bis lustra decem referentibus astris,

Reclusis aderit Cæli Indulgentia valuis .

Maiestate fores Bonifatius implet apertas ;

Cælestesque profundit opes, & mixta dolori

Gaudia iucundo . Populi vestigia calcant :

Inuehitur cum gente Salus; & Gratia postes

Occupat, Aligerum deuecta curulibus alis .

Infert se radijs Titan melioribus : annos

Deuocat æternos, & candidiora salutis

Secla redorditur : Virtutum panditur ætas .

Scilicet ex vna tibi Sede patefcet Olympus .

Illâ peregrinum peregrina vocabit in Urbem

Cum populis Orbem; patriâque reuulsa, reuellet

Sedibus è patrijs Reges . Dum Regia Mundi

Roma eris & Superum, me carceris horror habebit,

Sed breuis umbra mihi pariet fecunda perennem,

Et sine nube diem, faceret cui nubila, Regni

Celsus apex . Qui summa tenet, mage distat ab alto

Æthere . descensus rapit in sublime . remisâ,

Demisâque manu dum stringitur arcus; in auras

Altius intorquet sua tela : vt laxa vibrentur,

Emi-

*Bonif. VIII.  
Cælestini suc-  
cessor post se-  
culum Iubi-  
lai annum  
aperuit, & to-  
tius Orbis cõ-  
cursu antea  
est celebrata  
Lauretana, et  
Roma gloria.  
Ex Tur. Sal.*

*Cælestinus  
versus mare  
Adriaticum  
fugit, ut in  
Dalmatiam  
traiciens in  
Eremo late-  
ret. Deprehē-  
sus in via,  
Pontificis ius  
suo honesto car-  
cere detentus  
est in Herni-  
cis, quoad vi-  
xit. Ciac. in  
vis Pont.*

Eminus, hanc retrahis .rapit hæc violentia Cælum.  
 In cursu ,pro carceribus , mihi carcer ad Axem  
 Infidiosus erit . grauius mihi carcere Regnum ;  
 Aula fuit compes ; regalia firmata pondus .  
 Expedior ; iam iamque volo . Tu, Dædale, pennas  
 Nectis , Amor ; Mundi sed non fallacibus auris ,  
 Atque soluturo ceram , me credis honori .  
 Flatibus ipse tuis volucer committor & igni .  
 Sic labyrinthis anfractibus exeo . Roma ,  
 Roma vale ; ciuesque mei , mea Regna , valete .  
 Cælestinus amat Cælum . Sic itur ad astra ,  
 Dum terrena fugis . fugiendo prendimus arcem  
 Ætheris, atque Deum: Regnumque acquirimus; vltro  
 Dum iacimus . Terræ facit hæc iactura beatos .  
 Dixit , & abscondit cælesti lumine vultum .

At desiderijs sequitur dum Roma fugacem ,  
 Quæ maris aula oculis est peruia , motibus vndas  
 Insolitis feruere videt : per inane, rotarum  
 Percipit & vocum varium crebrescere murmur .  
 Clarescente sono , bibulas dum subrigit aures ,  
 Discedit cælum , roseæque volumina lucis  
 Nubibus apparent fractis . vox missa resultat .  
 Fraudes , bella , neces , scelerum contagia , totâ  
 Cedite ab Hesperia . Deus hic Tentoria figit ,  
 Pax , Pietas , & Virgo . procul, procul ite profani .

Têpus erat, solitos quo Sol properabat in ortus ,  
 Fessaque postremo cedebant sidera lapsu .  
 Ecce autem nouus axe nitor prorumpit aperto .  
 Virginis inde Domus , Superùm comitante Senatu,  
 Apparet . Quis membra mihi circumstetit horror !  
 Lætitiæ quæ flamma rapit ! Rege , Diua; per auras  
 Quæ Sedes regis alta tuas . abssistite curæ .

*Regnum cæ-  
 lorum vim  
 patitur, &c.  
 Matth. 11.*

*Cælest. disce-  
 dit .*

*Circa hoc tē-  
 pus, quo facta  
 est Cælestini  
 abdicatio, Na-  
 zar. Domus è  
 Dalmatia in  
 oppositam orâ  
 Italiae trans  
 Adriaticum  
 sinû, quâ tra-  
 iectus patet  
 millia passuum  
 ferme ceterum,  
 translata est  
 ab Angelis. in  
 vit. Cælest.*

*Idem asserit  
 Spondan. ad  
 an. 1294.*

*Cõcluditque :  
 quasi hoc mu-  
 nere solari vo-  
 luisse Deus  
 incertorem po-  
 pulorum con-  
 ceptum ex ab-  
 dicatione Cæ-  
 lestini .*

*Id Turf. in h.  
 L. 1. 5. c. 6.*

Virgo venit . Tu sola meo , Discordia , plausu  
 Importuna gemes . non stabunt , perfida , paruo  
 Hospitia Italiæ . Tantæ nunc nescia cladis ,  
 Teutones extimulas armis ; spolijsque superba ,  
 Fœda cruore , paras reditum . Tua regna reuises ,  
 Non visura diu : nam te iam destinat umbris  
 Natioque Erebo Domus Omnipotentis Amoris .

*Roma Naz.  
 Domus è mari  
 venientem vi  
 det.*

*Tenet fama ,  
 nec vana est  
 fides venienti  
 Deipara do-  
 micilio arbo-  
 res obuias ve-  
 luti venera-  
 bundas incli-  
 nasse se. Turf  
 b. i. c. 6.*

Iamque iter euadit pelagi , nemoriq; propinquat;  
 Sedit vbi pia Roma . Metu commixta voluptas  
 Corda nemusque trahit . Prono famulantia trunco  
 Arbuta curuantur , præsentem Numinis Ædem  
 Obsequio testata : pauent : sed territa gaudent ,  
 Lætaque terrentur . Cæli mirabile pignus  
 Infertis mirè ramis in ferta coronant :  
 Hospitis aduentu gratantur , fronde disertâ .  
 His loquitur linguis arbor vocalis , & aurâ .  
 Hanc vbi suspexit scenam , flammæque propinquas  
 Roma oculis hausit , dulci formidine voces  
 Obruit attonitas , lacrymas mox aggere cordis ,  
 Brachia in amplexus , totumque in gaudia pectus  
 Laxauit . gemitu risum , suspiria verbis ,  
 Verbaque confundit lacrymis ; loquiturque siletque ;  
 Rursus & in fletus concepta silentia soluit .  
 Erigit in cælum palmas : se corpore in auras  
 Toto sustollit , volucrem medicata volatum :  
 Ardet & exclamat : Superi dimittite pondus ;  
 Quod fertis , nostras Cælum deponite in vlnas .  
 In nubes sic alta ferar ; sic Æthera , & ipsum  
 Roma Deum tangam , terris atque Æt' ere maior .  
 Quæ mora , pennigeri ciues ? recludite postes .  
 Hac minor Æde vnâ , quamuis sim grandior Orbe ,  
 Ingrediar . magnæ parua est mihi machina terræ ,

*Roma Naz.  
 Demum salu-  
 tat.*



Et Romæ minor Imperio : tamen vnica Romam,  
Immensum complexa Deum, modò continet Ædes.  
Imperijs Casa par cunctis iam desere nubes :  
In nostras descende manus : his collige flammæ ;  
His cumula splendoris opes , quibus omnia Regnæ  
Splendidè inardescant , agitent & prælia lucis .  
Dum manibus te suscipio ; cor suscipe nostrum :  
Vel pro corde meo defixa in pectore , motum ,  
Sensus, ingenium, vires, atque insere vitam .  
Pendula quid Romæ suspendis vota gementis ?  
Vel descende ; alas humeris vel neçte volucres ,  
Ad te quò properem . Debes te, regia Sedes ,  
Credere Reginæ . breuiato amplissima Verbo  
Me capis ; & caperis Romæ sub pectore : cursunt  
Siste , meo fundanda sinu . Fundamina primus  
Cor lapis internat : totus sternetur & Orbis,  
Quem Regina premo . Viden ! hæc vt filua recuruis  
Subditur arboribus ? sic inclinabitur omnis  
Terra tibi : rami flectentur ; & ipsa virentes  
Inflectet fastus , pompasque superbia : frontem  
His teret in faxis : hæc Paupertatis in Aula  
Additcet manibus primùm seruire reuinctis .  
Pandite vel rapite , ò Ciues , aratia Romæ :  
Proiçite arma manu : Capitolia vertite fundò ;  
Vestra sedens hic Romæ domo pacata rebelles ,  
Thesurosque paro ; subeo iuga ; sceptraque pono .  
In ceruice iugum diuina Domuncula pendet ;  
Dulce iugum , Romæ quo terra iugabitur omnis .  
Hoc Regina fero , captiuæque . pondus amoris  
Hæc Cæli Domus est : premo ; erigo ; astraque pulso  
Hæc Maiestatis sub mole caduca . triumpho ,  
Regnaque subijcio , quæ vis non flexerat vlla ,  
Nec

Nec belli moles curauerat vlla . potentem  
 Hac in Sede Deum qui vicit , amabilis hostis  
 Me debellat Amor . Roma est inuicta ; sed armis  
 Vincitur , & vincit , Numen superantis , Amoris .

*Pastores, dum  
 in aëre sus-  
 piciunt ve-  
 stitam flāmis,  
 & fulgoribus  
 Domum, quid  
 sit inter se  
 discepiant.*

Fortè toro Mopsus viridi compositus, ouile  
 Nocturnis vigil excubijs seruabat ; in agros  
 Cum se Picenos Domus intulit . Ille nitore  
 Territus insolito , & scenæ dulcedine captus ,  
 Excitat è somno , vicinâ in rupe cubantem ,  
 Et mouet Antophylum . Dubiâ nictantia luce  
 Lumina dum tollit , stupidoque volantia visu  
 Limina pertentat ; sibi credere nescit , & ora  
 Sæpè fricat , passusque iubar , sic incipit . Æther  
 Voluitur in terras , ò Mopse : relinquimus arua :  
 Ducimur in nubes : magalia deuorat ignis :  
 Silua flagrat : noua Tecta vocant , cælestia Tecta .  
 Viles ite casæ : meliora mapalia quærunt  
 Antophylus Mopsusque . Domus, quæ persecat auras,  
 Pastores rigidâ raptos è rupe fouebit .  
 Si non voce pares , at saltem cordibus æquis ,  
 Cum Superis resonâ ducemus carmen auenâ  
 Luminis ad fontem , quod Limine profluit . inde  
 In pastorales spargemus gaudia siluas :  
 Fronde fores viridi velabimus, atria flore .  
 Inter Cælituum choreas saltabimus ambo ,  
 Fontanæ ad numerum flammæ, fessisque labore  
 Fas erit in vigili securos lumine somnos  
 Carpere . Nocte lupus qui terret ouilia , sicco  
 Territus effugiet , flammis vigilantibus , ore .  
 Ite meæ pecudes : Pastores astra sequuntur  
 Mopsus & Antophylus: vos quærite môtibus vmbra,  
 Et frigus captate . faces vigilantis Olympi

*Alter se rapitè  
 dum in ea do-  
 mo putat in  
 celū, vt olim  
 Elias igneo  
 curru raptus  
 est .*

Nos fulgore vocant : Solis penetrabimus ædes .  
 Numen habet silvas : silvæ sunt Numine dignæ .  
 Pabula vos medijs contundite in vrbibus . agnis  
 Lac ibi, vel sanguis subducitur . ite capellæ ,  
 Innumerosque cauete lupos , quos educat aula ,  
 Cui Mopsus . Fallax quid si nos ludat imago ,  
 Antophyle ; aut visæ fundant incendia flammæ ,  
 Corripiantque vltimos , & cum pastoribus hædos ?  
 Infelix ò semper ouis pecus . vbera , fontes ,  
 Arbuta siccabunt , & lecta ex arbore poma .  
 Non vos vmbra teget ; rabiemque lycisca domare  
 Fontibus haud poterit , dum fauce latrabit anhelâ .  
 Collibus è nudis pecudes pendere videbo :  
 Ad mulctram frustra venient : frustra vbera palmis  
 Mulgebo ; questusque dabunt pro lacte capellæ .  
 Viminibus textum , iuncoque mapale , fauillas  
 Euomet : in fagis quæ congersere palumbes ,  
 Ambustæ repetent tutres , fumantibus alis .  
 Heu cogamus oues ad flumina : præcipit æstus ,  
 Iam lactis succum pecori , iam vellus adurit ,  
 Infelix Mopsus cannas disperge canoras .  
 Non posthac , arente labro , cantabis amores  
 Virginis & Nati . Quamquam ò si Virginis esset  
 Hæc flammata Domus , súdo quæ peruolat Axe !  
 At memini Solymæ suspensam monte , quis illam  
 Vertice Nazareo nostros subduxit in agros ?  
 Spe tamen accendor ; patris dum mente recurrunt ,  
 Credita verba mihi quondam : namque ore parētis  
 Tunc ego pendebam ; ceu pendet fistula collo ;  
 Arboreis pendent ceu poma tenerrima ramis .  
 Dum lateri hærebam , multa hic referebat ad aures  
 Cum , medio sub Sole , cauo proiectus in antro ,

*Aliter timet  
 he visa è Do-  
 mo incendia  
 in oues silvas  
 que spargan-  
 tur .*

*Exhilaratio  
 & arcano lo-  
 quitia sensu  
 præcogit Vir-  
 ginis esse Do-  
 mum, cuius  
 aduentum  
 ipsius olim  
 Genitor præ-  
 dixerat.*

Cantibus & cannâ Solem, curasque leuabat :  
 Diuino (sic mente sedet) diuinus ab æstro,  
 Quod spirabat Amor, pastoris Apollo, canebat :  
 Postquam ter decies flaueret campus aristis,  
 Nostra coruscantem venturam desuper arua  
 Cælituum cum pube Domum. Lanugine malæ  
 Tunc mihi florebant: genitorque tremantibus vlnis  
 Me super incumbens, dicebat: Nate, maneret  
 O mihi si longæ tecum pars vltima vitæ;  
 Donec diuino nutantes pondere montes,  
 Cereaque aspicerem decurrere culmina flammis  
 Virginis ante Domum! cor pectore, lacryma vultu,  
 Spiritus ipse liquaretur cum montibus. Ædes,  
 Nate, oculis tu cerne meis, meâ vita. sed vnum,  
 Nate, vnum memori sub mente reponere. volucres  
 Numinis † nostro steterint in monte Penates;  
 Quam puer in seui pratis, & fonte rigauit,  
 Erue cum fibris præduram stipite laurum :  
 Da mutare solum, virides & spargere ramos  
 Virginis ante Fores. præ plantis omnibus vnam  
 Hanc colui, voluique meo pubescere cultu.  
 Sæpius emunctæ rorabam lacte capellæ :  
 Flore maritabam: recubans sub frondibus, æstus  
 Ætheris arcebam; calidas & cantibus horas  
 Solis ad inuidiam fallens, te musica molli  
 Vincebam, philomela, sono. Tu, nate, memento  
 Hanc inferre iugo laurum, cordisque trophæum  
 Ponere cum fibris: fibris nam cordis inhæret  
 Æterni Mater Pastoris Virgo; dabitque  
 Laureto nomen folijs victricibus arbor.  
 Hoc quoque fige animo. Cineres atque ossa Parētis  
 Conde sub hac lauro. cum fronde virefcere, vita

*Montes sicut  
 cera fluxerūt  
 a facie Domi-  
 ni Ps. 96.*

*Præcepit  
 nato Genitor,  
 ut laurū sibi  
 dilectam Vir-  
 ginis ante  
 fores colloca-  
 ret, & sub ea  
 paternos ci-  
 neres.*

In spem perpetuæ poterit cinis ipse, papillis  
 Quem vicina rigat Genitrix dulcissima Vitæ.  
 Arboris in truncò iaculis incide. Menalca  
 Hac viridi sub stirpe iacet: procul umbra sepulchræ.  
 Luminis hæc Sedes: procul horrida mortis imago.  
 Te quia non vidi, perij, Domus hospita Vitæ.  
 Mortua substerno quia nunc tibi membra, resurgo,  
 Et vivo Mariæ pedibus. Si subderet æquor  
 His pedibus syrtes; si spinas arida Tellus,  
 Ossaque si rupes; si æternas Tartara mortes;  
 In tellure vepres, scopulique in marmore, in Ossa  
 Viueret & rupes; mors viueret ipsa: vel Orcus  
 Promeret in vitam fontes, in germina flammæ.

*Sub B. Virgini  
 nis pedibus  
 saxa, spinas,  
 mors, omnia  
 florent, ac  
 viuunt.*

Hæc mihi tunc Genitor: genitori dixit Amyntas;  
 Fatidici vates ambo, pecorisque magistri.  
 Antophyle, Antophyle, ò facili quæ tramite currit  
 Arua super rutilante rotâ, foret illa, canebat  
 Quæ genitor, promissa Domus! cõsumptus ab igne,  
 Quo natat illa, leues fluere timor omnis in auras.  
 Sic est (ni dubiâ fallunt me lumina luce)  
 Vicino sedet illa iugo. Viden? agmina Diuim,  
 Tecta locant; positaque locum iam mole pererrant  
 Curfibus & choreis, nutantque cacumina plausu.  
 Ergo gradus celerare iuuat, propiùsque videre.  
 Fulmina non terrent; nebulâ non cingimur atra;  
 Non clangore tubæ; pluuio non igne. Voluptas,  
 Gaudiaque inuitant, sensim illabentia sensus.  
 Pastor erat Moses: media de rupe loquentem  
 Cum stetit ante Deum: cum serpere sentibus ignes  
 Vidit; vbi solium, flammataque castra locarat.  
 Cæca Fides, & simplicitas velatâ Tonantem  
 Aspicit; ast acuit quæ fastus, lumina cæcat.

*Moses pas-  
 cebat oues, ap-  
 paruitque ei  
 Dominus in  
 flamma ignis  
 de medio ru-  
 bi, &c. Exod.  
 c. 3.*

ITER

## ITER LAVRETANAE DOMVS

## LIBER XXIII.

## ARGVMENTVM.

*Discordia è Germania, ubi Guelphorum, & Ghibellin. nata dissidia, in Italiam redit. Dum miratur omnia parata, videt in Recineti silua Nazaren. Domum. In hanc, quia timet expelli, acuit ingenium, & vires armat. Inuidia, & Avaritiæ suarum arte Satellitum rem totam agit. Ut fugiat Cella, sanguinis inimica, Viatorum sanguine siluam polluit. Fugit illa duorum fratrum in Collem: & aream, quam linquit, viuo semper flore conuestit. Flores calcet Discordia, qui contra illam acuntur in spicula. His irritata, per Avaritiam, & Inuidiam specie boni fratres accendit in bellum. Rursus horum sanguine collis inficitur; Cellaque in vestibulo dum belligerant, ab Angelo eius Custode deterrentur.*

*Hæc inter  
Discordia è  
Germania re-  
dit in Italiã.  
Eius species,  
& aduenus  
effecta.*

**T**Alia dum secum vario sermone volutant,  
Pallida Teutonicis properat Discordia regnis,  
Italiaeque reuifit agros, notumque cubile,  
Nescia venturae cladis. Coma sanguine fumat,  
Verberat atque Notos, dum colla flagellat: in auras  
Palla cruenta fluit: quatit ira tremore medullas:  
Iactatur caput impatiens; incertaque in omnem  
Lumina voluuntur parrem. nunc ignibus ardent;  
Nunc immota fouent rabiem: modò cõpita quassat  
Instabili monstrum cursu: fert nubila fronte;  
Fulmina fert oculis: se turbinat; astraque saltu  
Et pulsare putes, pulsataque vellere dextrâ.

Se rotat in gyrum ; mox hæret : stridula fundit  
 Lucifugo lamenta sono , Superosque laceffit  
 Dentibus infrendens tremulis . cerussa colorat  
 Illius haud vultum , fusi sed vena cruoris .  
 Halat ab ore faces , quas latè euentilat aura ,  
 E calido pulmone ruens . manus altera torrem ,  
 Altera sanguineum gladium sustollit : hic horret  
 Sanguine ; fumiferos vomit ille in sidera nimbos ,  
 Regnaque cum populis putore & peste vaporat .  
 Vulneribus lacerum lacerâ de cycladè pectus  
 Occultam ostendit rabiem , & discordia corda .  
 Hac visâ , turbantur aues , nidosque requirunt :  
 Mergunt se pelago mergi : petit ardea littus :  
 Sub platano philomela filet ; pompâque colorum  
 Prodere se variâ monstro formidat acanthis .  
 Accipitres , milui , strix , vespertilio , corui  
 Victrici præna canunt , Dominamque coronant ;  
 Sanguinis & pluuiam vocitant , turpesque rapinas ,  
 Et Mandi cædes , & tristia nubila luctus .  
 Dum campis vultus aduertit , frondibus arent  
 Arbuta decussis : dirum virgulta loquuntur :  
 Confuso strepitu tellus perfossa rebellat ,  
 Excutit atque latus , collisosque abscidit artus .  
 Visceribus fessis , tellurè exosa parentem ,  
 Germina prorumpunt , lethi suffusa veneno .  
 Poma tument : riget herba : canes rabida ora latratu  
 Indomito laxant : furijs armenta feruntur ;  
 Ictibus & cornu vires in nubila iactant .  
 Ipsa lupus fit ovis : lambunt qui germina , riu  
 Turbantur , retrahuntque gradus . Si flumina tranat ,  
 Territa sanguineo maculantur flumina cursu :  
 Tristibus exiliunt ripis , segetique minantur .

Si falis arua petit; formidine Tethys abortit,  
 Impatiensque dolore furit; subitòque procellas  
 Parturit ex utero, querulâ cum matre gementes.  
 Concha, parens gemmæ, niveos nigrescere partus  
 Miratur, sobolemque odit: pallore maligno  
 Corallium mutat, pelago mirante, ruborem.

*Discordia in  
 Ancone mœ-  
 rem ad Italię  
 prospectum  
 assurgit.*

Iamque viam, sociata odijs, Discordia littus  
 Vertit in Hesperium; dubiâ ceruice remittit  
 Quâ ripis Ancona maris malè pronuba montem  
 Connubio iunctum, Pontoque obsistit iniquo.  
 Ut vidit Dea dira iugum, quatit aère pennas,  
 Culminaque inscendit. Radicibus horruit imis,  
 Seseque in partes mons dissecat. Illa ruinis  
 Incumbens, camposque oculis speculata patentes,

*Omnia man-  
 quilla esse  
 miratur.*

Obstupuit placido non murmura serpere cælo;  
 Arcanâ circum florentes pace penates;  
 Atque diem Solemque rotis plaudentibus ire,  
 Non radiare acies ferro; quæ mouerat olim,  
 Bella filere. Quies hæc, inquit, corda tumultu  
 Nostra premit, laceratq; animû. Quis bella repressit?  
 Sanguine quæ fuso pax arua tepentia tersit?

*Iraescitur, &  
 multa Italię  
 emittitur.*

E Superis num Piceos irrupit in agros  
 Aliger, & gladios, & tela retrusit, & iras?  
 Hunc ego. Sed furias in bella recentia seruo.  
 Ah miseri ciues, iuga dira, arcesque nefandæ!  
 Hæc vobis multo stabit pax empta dolore,  
 Ambitio, Fraudes, examina Mortis, ad arma:  
 Hæc memorat, clangitque tubâ, qua vertere terras  
 Afolet, & sonitum tera castra sequuntur Auerni;  
 Scinduntur nubes in fulmina; terra remugit;  
 Incestantur agri tenebris; odia aspera surgunt,  
 Semina bellorum. Sed nunc nec Tartarus umbras

*Tuba clangit  
 ut Furias euo-  
 cet, sed fru-  
 stra.*



Euomit ; aut rumpit populi furor, iraque leges ;  
 Non chlamydem lucis Sol exuit : omnia rident .  
 Altiùs illa tubâ refonat , ventoque furoris  
 Infremit , aura filet , populique, vrbesque quiescunt .  
 Indignata tubam ; nec suffectura labori ,  
 Projicit arua manu . Sonuere cacumina pulsu .

Inde subit campos Recineti , & lumina tabo  
 Fœta mouens , videt Aligerùm per suda cohortes  
 Ire , redire viam toties ; & monte propinquo  
 Stare Domum , pax vnde fluit . Sed nube latentem  
 Haud Pacem aspexit . Reprimit formidine cursum ;  
 Anconæque iugo se territa reddit : inani  
 Corda manu pulsat , trepidâque ita voce precatur .  
 Di fontes , & fumifero Styx liuida fundo ,  
 Iam redeo : referate lacus , inamœnaque regna .

Trudor ab Imperio . Nostro quæ fumida luctu ,  
 Et flammæ, cedesque vomit Domus improba valuis  
 (Nosco notas) hostis sunt atra cubilia Pacis .

Ergo meis cedam regnis ? sic sæua iubetis  
 Fata . sed abruptam fatorum iura , Deique .  
 Vincar ab Æde vnâ , Mundi cui machina paret ?  
 Vel figam mea signa tuis , arx lurida , tectis ;  
 Vel si mole premis , patrioque remittis Auerno ,  
 Sub Styge colla leuans , fundamina conquassabo .  
 Non cedam sine cæde : loco , non crimine cedam .  
 Ipsane ? Pulsa redi , meliorque reuertere virtus .

An tergo descendentem sub Tartara nudo  
 Me videat Tellus ? vel ad hoc inuicta redirem ,  
 Si priùs in Ditis fugissem victa cavernas .

Flammæ , Christe , para , totoque tonitrua cælo :  
 In me belligerans , abruptâ nube, corusca .  
 Non cedo ; non cesso malis . Fida agmina, Fraudes,

L L

Dux,

*Recinetum*  
 contendit ex-  
 ploratura un-  
 de pax tanta  
 nascatur .

*Videt Naza-*  
*renâ Domû ;*  
*territaque ad*  
*Anconę mon-*  
*tem reuertit-*  
*tur .*

*Discordię tu-*  
*mentis, & fu-*  
*rentis vox .*

*Ad nouos sese*  
*ausus animas*

Dux , auri vesana Fames , & crimina mille ,  
 Huc agite , atque animum nostris aduertite dictis .  
 Quod possum , quod non possum , tentasse iuuabit .

*Monstra vo-  
 cat, et è Tar-  
 turo exeunt  
 Inuidia, &  
 Auaritia .*

Vocibus his , tremulis radicibus , ardua montis ,  
 Imaque vertuntur . Laxato monstra meatu

Apparent . lucem niger hinc exercitus haurit .

Sicca genis , sed plena sinu , liuentia vibrat

Lumina Auarities : exertat turgida linguam :

Ora flagrant , oculique rubent : deformat aniles

Sordida ruga genas : magnis stridoribus alas

Concutit accipitrum : pedibus vestigia aduncis

Fœda relinquit humi : tumet inguine ventris obesi

Proluuias : crescunt manibus grauè olētibus vngues .

Quam sic alloquitur Discordia : Diues , inopsque ;

Cæca , sed ad fraudes soboles oculatior Argo ;

Innumeris saturata opibus ; ieiunaque semper ;

Infelix , felixque ; auro gemmisque repertis

Pulchra magis , sed fœda magis ; genitrixq; malorū ;

Et luxus mendica soror , nutrixque dolorum ,

Ingenium iam vince tuum : quâ duco , sequare ,

Plena dolis odijque parens . Picena Cubile

Silua tegit , quo , credo , latet Pax æmula . vultus

Tu quoque conde tuos : facies mentire latronum

Cum grege , Diua , tuo . Densis ibi frondibus antrum

Vrget vtrinque nemus . vasto tua castra recessu

Occule , teque simul . Sedes visura pudendas ,

Dum , secura Doli ; fluet hospita turba , cruentam

In cædem irrumpas , foribusque affige superbis

Ora refecta virūm , turpi pallentia tabo .

Extinctis prædam auertas , truncoſque tepentes ,

In caueam abreptos , saxo occultabis opaco .

Sic , malè sana , sitim spoliatorum , aurique leuabis ;

*Discordia huic  
 suadet , ut sil-  
 uam , ubi Sac.  
 Cella quieue-  
 rat , suo cum  
 choro , Sica-  
 riorum persi-  
 nasa vultib⁹  
 latrocinijs in-  
 festet .*

Et populis deserta, iterum se credet Olympo,  
Cellaque diffugiet nostris in gloria regnis.

Annuit imperijs: assuetaque corda rapinis  
Aduocat in solitas artes, Harpyia potentum,  
Ales Anarities & personata tenebris  
Collocat infidias. Alato penula dorso,  
Ut vagina, tegit pennas: latus ense superbit:  
Sustinet anguiferus, pressa ceruice, capillus  
Cassida, quam Stygijs confecerat Ira caminis.  
Squamea deludant sub sclopo terga minori:  
Germanos, armata, Dolos simul instruit armis.  
Multa fremunt: nemora alta petunt, atque antra capessunt.

Interea pius hospes adest: sublustribus umbris  
Quærit iter: visaque Domo dominantis Amoris,  
Dum gressus, dum vota vrget, se subdola furum  
A tergo manus attollit, vincitque, trahitque,  
Ut pecus attonitum; multis & feruida furtis  
Instat, & expoliat vitæque auroque pauentem.  
Nil misero celerare fugam, vel sistere contra;  
Quærere nil prodest diuortia cæca viarum.

Hinc atque hinc, omnemque aditum Mors, hostis, & ensis  
Obsidet, atque Dolus. Pacis propè Limina bellum,  
Fataque grassantur: nec inhospita silua leones,  
Indomitasque tigres immittit: sæuior auri  
Exerit ora fames; minio quæ semper inaurat  
Sanguinis, & cudit ferro stridente monetas.  
Undique saxa rubent rabo, traiectaque membra  
Insuper & spinis lacerantur: terra, recenti  
Strage calens, roseo progerminat imbre timores.  
Ante Fores Paupertatis sic efferat iras  
Auri dirus amor, miscetque in strage rapinas.  
Et cessas, & nube lates, Pax hospita? vultus

*Facinorosi non magis prædæque opportunitate illecti, quam ab infernis Furijs instincti, in obscuris subside insidijs, cæperunt: inde adoriri incautos, pecunijs armis vitæque spoliare. Itaque breui totas ille saltus latrocinij cadibusque infestus, atque infamis ad solitudinem est redactus. Turf. in b. Lau. l. i. c. 7.*

*Pax ex eo*

*Colle cadib'  
infami disces  
sura Aligeros  
alliquitur.*

*Deus indignū  
ratus paratū  
ab se mortali-  
bus perfugiū  
salutis, infer-  
ni hostis scele-  
re in perniciē  
versum, tu-  
tiorē Aduenis  
sedem suo ma-  
trisq; suae do-  
milio dele-  
git. Turf. l. 1.  
c. 7.*

*Fuga plerum  
que decora.*

*Pax discessu-  
ra Soli preci-  
pit, ut minora  
sidera conuer-  
tat in flores,  
in area, quā  
S. Domus oc-  
cupauerat per  
petuū verna-  
tuos.*

*Area quā S.  
Domus occu-  
pauerat nitē-  
bat sēper ver-  
nantibus her-  
bis floribusq;  
cū omnia cir-  
ca densis ob-  
sita virgultis,*

Indue terribiles, prædonumque agmina perde.  
Dissimulat, bellumque ferit; nebulæque furores  
Conglobat ignitos, meditaturque abdita cædes.  
Sic vapor in nubes tacitè coalescit opacas;  
Mox micat horrendos caligine adultus in ignes.  
Aligeros è nube vocat: dein talia fatur.

Ter quater exactis compleuit mensibus orbem  
Cynthia, ab Illyricis ex quo migrāimus oris.  
Caltra mouere iuuat rursus; simulare timorem,  
Et verâ Stygias formidine pellere turmas.

Quid noceat fugisse semel; Discordia semper  
Ut terris fugiat? fugiendo prendimus hostem,  
Conterimusque solo. Vicit simulata rebelles.

Hæc fuga sæpè Duces, tellus pede pressâ fugaci  
Extulit & palmas, victriciaque agmina & arma.  
Sol fugit, & tenebras exterminat. Indere fraudes  
Italiae campis, Discordia: congere prædas.

Vicisti: fugimus: versas, age, funde cateruas.  
Mox regnis impressa tuis, & sulca ruinis,  
Stabo loci Regina. Fugæ vestigia linquo;  
Sed non indecoris. Vos astra minora, Penates

Affociata meos, hac Sede quiescite. Cæli  
Quæ floretis agris, in amœnos vertite flores  
Sidereos vultus. Genitor, distingue colores;  
Indere telluri cælestia sidera, Titan.

Hoc pretium hospitij. Quæ subditur area nostris  
Ædibus, in viridem sine semine germinet hortum;  
Quem non mater alat tellus, non imbribus æther;  
Luce tuâ, mammisq; meis sed crescat alumnus.  
Te color; at species semper tranquilla colorum  
Me referat. Resonis vel mugiat aura procellis;  
Vel fileat, niuib; glacieque rigescat acutâ;

Verberet aut circum latè loca turbine; nunquam  
 In flores gerat Imperium: nam sidera turbo  
 Florida non lacerat. Dum Sirius ore vorabit  
 Arua Canis; socijs placidè florentibus astris  
 Parcet, & in rores mutabit torridus ignes.  
 Vos maiora, mei pompa immortalis honoris,  
 Pergite, quò fugimus, bona sidera. Donec Olympus  
 Sidereos orbès & clara volumina vertet,  
 Perpetuas hoc excubias ad Limen agetis.  
 Vos reget imperio Virgo, Solisque nitores  
 Supplebit vultu, Solis quo lumina vincit.

Attu quid cessas, Pacis qui bella ministras  
 Lucis & arma moues, Christi rubicunda cruore,  
 Pacifer, in terris nostri defensor honoris?  
 Vulneribus munita Dei, te milite, pugno:  
 Tê pugnante, premo, quod proterit omnia Bellum.  
 Per te victa gemet rursus Discordia: ripas  
 Præter Hyperboreas, transvltima flumina Gangis  
 Tethyos occidua trans Regna, & feruida Sole  
 Littora me videat per te protendere fines.  
 Maeste animo: occultâ lateo dum nube; corusca  
 Fulminibus. Superùm spectabit bella Virago;  
 Et mecum textet nostri tibi ferta triumphi.  
 Dixit; & enulfit facili tellure Penates.

Area quâ fuerat Domui subiecta reuulsæ,  
 Pars minor Astrorum fit amabilis incola ruris,  
 Atque abit in flores, populo transcripta virenti.  
 Sic lacrymans abruptit iter; lacrymæque nouelli  
 In risum floris vertuntur, & vbera roris.  
 Ut belle secto via limite quadret amœna,  
 Qualibet & proprio florescat stellula vultu,  
 In frondes tenuat radios: lux vna colores

ac sentibus  
 horrent .  
 Turs. l. i. c. 9.  
 & alij.

Pax maiori-  
 bus Astris per  
 petuam assi-  
 gnat S. Cella  
 stationem .  
 Sidera quip-  
 pe fuere  
 sæpè Spectata  
 sacris Laribus  
 impendere ex  
 Turs. l. i. c. 17  
 l. 3. c. 14.

S. Dom<sup>o</sup> abit  
 è silua .  
 Stella mino-  
 res, que sequi  
 ta fuerant S.  
 Domum, ver-  
 tuntur in flo-  
 res, et in area  
 florent, quam  
 occupauerat.

Fingitur in varios: tunicas de cortice rumpit :  
 Mox gemmas trudit : libro mollescit : hianti  
 Mox labro præpandit opes. Rosa purpurat ostro ,  
 Lucifer in viridi cælo, vel Solis imago ;  
 Siue Helena agrorum, sed casta, sed ignibus insons ;  
 Roscida fax terræ , cæli languentis amore .  
 Frondibus in medijs flauentia fila recludit ;  
 Thesaurumque sui regni , complectitur aurum .  
 Qui fuerant stellis radij , sunt aurea fila ;  
 Quæ non custodit rigido spina horrida vallo ;  
 Sed Charites, sed cultor Amor. nam Virginis horto  
 Spina rigere nequit, floret quo Gratia tantum ,  
 Quæ primo spinas fregit de crimine natas .  
 Nupta rosæ , candore suo secura pudoris ,  
 Lilia candescunt amarantibus iuncta : smaragdis  
 Herbarum nectis rutilos , Hyacinthe , pyropos.  
 Hic narcissus hiat : violis ibi pallida tellus  
 Distinguit malis risum ferrugine dulci .  
 Perpetui flores , & tempestatibus omnes  
 Ignoti , tantum Zephyris cælestibus halant ,  
 Floræ virginæ soboles, & villula Vitæ ,  
 Hortus conclusus , signato fonte rigatus ,  
 Areola è superis ad nos translata viretis ,  
 Forma perennis agri stellarum , gloria Veris ,  
 Cæli terrestris Via lactea , risus Amoris ,  
 Atque characteres , quos magna Dædalus arte  
 Duxit humi sic dispositos ; vt redderet hortus  
 Has texto cum flore notas . Hic siste , Viator :  
 Pone genu ; floresque, solum quos lambere cernis,  
 Grande pavementum Superum , tu rore decoro  
 Sparge prius , ducit Pietas quem roscida corde .  
 Has expectamus pluias , non ætheris imbres .

*Amor horti ad  
 mirandi Cul-  
 tor.*

*Intertextis  
 inuicem flori-  
 bus indices lo-  
 ci, & miracu-  
 li literas A-  
 mor effingit.*

Si tibi feruet amor; pia si suspiria promis,  
 Et Solis radios, tepidas & temnimus auras.  
 Oscula mille solo supplex infige virenti.  
 Hic in complexus, & in oscula venit Olympi  
 Connubio stabili Tellus, & Pæce sequestra.  
 Expansis metire vlnis, & pectore terram.  
 Parua, sed immensi patet hæc mensura Tonantis.  
 Hic Puer ille fuit, magni cui machina Mundi,  
 Cui mare, cui cælum, cælique volumina punctū est.  
 Floremus; flos namque fuit, cui florida pubes  
 Sternimur. Humano sine semine nascitur Infans:  
 Nos quoque vernamus puri sine semine flores.  
 Inscriptas rosa fronde faces ardentis Amoris,  
 At violæ pœnas, candorem lilia, fletum  
 Et lamenta gerunt hyacinthi, nardus odorem  
 Nominis effusi, formam narcissus honestam,  
 Nigra secuturam signant vaccinia mortem.  
 Nos non vastat aper; non turbinat Eurus & Auster.  
 Pacis ager non arma timet, non ætheris iras.  
 Nos oculus, non dextra legit: spiramus amores,  
 Halamusque Deum; Deus his dedit otia campis.  
 Vernos ille dies, & aperto pandit Aprileni  
 Æthere: ver peperit nobis in Virgine vernans.  
 Virginis hæc Dornus est: frontem submitte, Viator.  
 Virginis his Foribus fasces submitit, Olympi  
 Consul, & abiecit verso cum fasce secures.  
 Mitis ad imperium Matris, flammata furoris  
 Fulmina deposuit; quæ dum cælestia adorant  
 Limina, fulmineo liuescunt Limina fumo.  
 Hic Diuæ fundata Domus: fundamenta flores  
 Ponimus. Illa etiam nimbo concepta sereno  
 Floruit, & flores in fundamenta Pudoris

*Florum vox.*

*Ego flos cæpi,  
 & liliū con  
 ualliu Cæt. 2.  
 Flos de radice  
 eius ascendet.  
 Isa. 2.  
 Diuersæ flores  
 diuersas Chri  
 sti virtutes,  
 & gesta desig  
 nant.  
 Nardus mea  
 dedit odorem  
 suum Cant. 1  
 Oleum effusū  
 nomen tuum  
 Cant. 1.  
 In Nazarena  
 Domo factus  
 est Deus, &  
 formidat illis,  
 & amabilis.  
 Unde sacræ  
 Cella illius  
 fumi color.  
 Sub hac Domo  
 fratri pro sum  
 dameto flores  
 floridam B V.  
 conceptionem  
 signant, quæ  
 vitæ funda  
 mentum est.*

Ad vitæ iecit fabricam, quæ vertice nubes  
 Tangeret, astra, Deum. Cur Cella reliquerit, hospes  
 Ne quæras, hæc arua. fugat Discordia Pacem;  
 Lubricus atque rotas subiectat sanguis eunti.  
 At semper Pax vltia fugit: fuga pœna fuganti est.

*Terra nouis,  
 & miris flori-  
 bus exultat.  
 Eius vox læ-  
 titiæ index.*

Interea tacitâ sensit dulcèdine Tellus  
 Viscera tentari: caput extulit. arua recenti  
 Flore videt gemmata. Meis quis germina, dixit,  
 Non mea seuit agris, violaque intexit acantho,  
 Atque ligustra rosas? Stellarum an trãstulit hortum,  
 Meque colit, superis qui seminat astra viretis,  
 Aliger, ætherei custos fidissimus Axis?  
 O soboles dilecta, meæ decus addite fronti,  
 Cæli pupillæ, Terræ nunc lumina, flores,  
 Chrysolithi molles, baccati luce pyropi,  
 Crescite ad inuidiam cæli, cui sidera flores;  
 Cui pater est florum Titan, Auroraque mater.  
 Non vos contundat Boreas, non fascinet Auster;  
 Non grando, fera saga, premat, Medeaque florum;  
 Non vaga carpat ouis; vobis sicarius horti  
 Non insulet aper vestro nociturus honori.  
 Æmula fiderei, mea germina, crescite campi.  
 Dum riget omnis ager, niuibus dum prata senescunt;  
 Vos, pubes formosa, meis pubescite in vlnis.  
 Non ego vestra parens; nutrix sed amica, parentis  
 Munera supplebo. vobis, mea pignora, flores  
 Subdo lubens, non antefero. vos parturit æther;  
 At flores ego fundo sinu, minor æthere Tellus.  
 Æmula fiderei, mea germina, crescite campi.  
 Vos matutinis gemmet Titonia nimbis;  
 Atque suas pertæsa rosas, vos pollice molli  
 Decerpat, cumuletque sinus: vos vestiat ortu

*Non mater,  
 quia non eos  
 Terra pepe-  
 rat.*



Sol primo : medio cum tramite flammeus inflat ,  
 Condat anhelantes nebulâ rorante quadrigas ,  
 Ne vestras exurat opes ; rursusque serenet ,  
 Atque diem meliore comâ , vultuque reducat .  
 Dum redit Autumnus , dum læta reuertitur æstas ,  
 Vos videat simili semper florere iuuentâ .  
 Florida distinguat vestris Ver firmata baccis ,  
 Atque solo folium vestro defigat auitum .  
 Sol rosa camporum , rubicunda puerpera Veris ,  
 Cæli delictum , Naturæ pompa caducæ ,  
 Filia pulchra Venustatis , fax viua ; cadentum  
 Dum campis agitur miseranda tragœdia florum ,  
 Hospitibus , mea nata , nouis tua scepra remitte ;  
 Cede rosis , quas leuit Amor . vos lilia Reges  
 Cedite , queis hyemis cedit , Boreæque tyrannis .  
 Hæc recinit dum Terra ; Domus diuulsa supernit  
 Radit iter , lentoque volat per suda volatu .

Oppositus prope collis erat , non fractus aratro ,  
 Floribus intonsus , pecori gratissimus herbâ .  
 Vertice iungebant gemini sua prædia fratres ,  
 Quos iungebat amor communis , & alea lucri .  
 Huc diuertit iter Sedes peregrina : ingoque  
 Ut stetit ex omni populos regione coëgit .  
 Centenis vaga Fama tubis obnoxia furtis  
 Lustra , nemusque pio tepidum fugisse cruore  
 Nunciat , & placidâ statione quiescere collis .

Cella volans toti pennas accommodat Orbi ;  
 Et volat . Attoniti superant fastigia montis :  
 Explorant renouata oculo portenta fideli .  
 Repserat in lapides , pedibus qui mancus , in altum  
 Gressibus vrget iter , flexum patiuntur & ossa :  
 Mole valens iam membra regit , iam brachia iactat .

*Sic. Domus e  
 silua transfer-  
 tur in Collem  
 duorum fra-  
 trum. Turf. l. i.  
 c. 7. H. Laur.  
 Auxit loci mu-  
 tatio, nouique  
 miraculi fa-  
 nta, ut admi-  
 rationem, sic  
 religionē acco-  
 larum, æque,  
 & aduenarū  
 Turf. l. i. c. 7.  
 Sūmis undiq;  
 Studijs conuo-  
 lant. it id.  
 Nouis mira-  
 culis Aedis  
 sacra celebra-  
 tas augetur.*

*Pleriq; morti  
proximi con-  
ualescunt.*

*Amor prada-  
tor nostrorū  
malorum, &  
suorum beno-  
rum largitor.*

*Discordia na-  
tos recenter  
flores inuida  
calcat.*

*Prò floribus  
suboriur se-  
ges armorū,  
quæ Discor-  
diam vulne-  
rant.*

*Discordie præ  
vulnere fre-  
menis vox.*

*Ex auro pul-  
vis à Chimi-  
stis educitur,  
cui si admo-  
ueas ignē, per  
omnes obices  
elucetatur ad  
ima. Strada  
in Prob.*

*Discordia in  
S. Domum in  
aprico locatā  
auri luce pa-  
rat insidias.*

Eripitur cæcis nubes, atque æthera lustrant :  
Voluitur in vacuis noua iam pupilla latebris,  
Scintillatque suis viuax in sedibus albor.  
Non pesti, sibi dirus, hydrops indulget aquosæ :  
Artubus abscedit macies, languorque, dolorque,  
Et capitis vertigo ; neci præclusaque acerbæ  
Ianua, felices, sua fata morantibus, annos  
Eiectis aperit morbis. Amor ipse decoris  
Hic latrocinij vires impendit & artem,  
Dum mala prædatur mortalia, fataque nudat,  
Et spolijs mortem expoliat. Discordia vidit  
Vt fugisse Domum ; quæ circumscripta notatur  
Area flore, pedes mouet improba : calcat amomum,  
Atque rosas ; si fortè necet fax atra furoris  
Hospitis expulsæ vestigia florida Pacis.  
Tunc seges armorum pro floribus horruit ingens.  
Lilia durefcunt in spicula : fit rosa telum :  
Sanguine caltha rubet. Pressis transfixa sagittis  
Infremit ; hisque acuit Discordia questibus iras.  
Insidijs agimur : viridi latet anguis in herba :  
Insidijs ego rufus agam. Fugere Penates  
Virginis, infames tenebris & cæde, cauernas :  
Nunc loca tuta tenent, quæ luci obiecta timores  
Despiciunt inimica meos. Sub Sole quis umbras  
Conferat atque dolos ? luci lux aurea tantum  
Fabricat insidias. lucem lux inficit auri.  
Hac sub luce nihil tutum, quæ nata sub umbris  
Parturit æternas patriâ caligine nubes.  
Ima petis ? petit ima aurum ; dum fulminis instar  
Igne ruinoso si accenditur, ossa sinumque  
Permeat abruptæ flammato pondere terræ.  
An superas montes ? olli cunabula montes

Serpentes inter præbent gryphosque rapaces .  
 Hinc lacerat curis ; animos hinc inficit aurum .  
 In geminos angues , geminos Discordia fratres ,  
 Te Duce , conuertam , lucri vesana Cupido .  
 Dona ferent populi : sed enim quot munera , ditæ  
 Fraternalis tot erunt animis in prælia tædæ .  
 Virginitatis inuisæ Laribus crescetis honores :  
 Cæde meus quoque crescet honos ; odiisque litabo ,  
 Transfuga Cella , tibi ; donec Iouis atria nigri  
 Mole tuâ , & fuso populorum sanguine dites .

Nunc age ; Auarities , quassas que Regna tumultu ,  
 Quæ misces acies , cognataque pectora bello .  
 Sume , colubrorum radiantem funibus , arcum ,  
 Fratribus & geminis telum exitiale : latebras  
 Scrutetur , fibrasque animæ . comes orsa secundet  
 Inuidia . hæc ferro generis consortia rumpat ,  
 Et cupiat vidisse nefas : nam cæca malignos  
 Sæpius hæc oculos alienâ in forte relinquit ,

Talia iactanti caperata fronte , sorores  
 Improuisæ adsunt , oculisque trementibus angues  
 Intentant , spumantque luem , parentque volentes  
 Principis imperio . Medium confecerat axem  
 Pallida nox , tectoque vno , geminoque cubili  
 Mulcebant somno curas Torquatus & Vgo .  
 Exiit obscenam nigrâ fuligine frontem  
 Inuidia ; Aligerique , artus velauit amictu .  
 Fit Michaël , vittæque comas , & tempora lauro  
 Nectit odorata : crepitant in syrmatæ gemmæ ;  
 Flexilis in gremium per collum circulus errat ,  
 Chrysolithis auroque grauis . Prius illa iacentem  
 Vgonem increpitat . Dormitas , Vgo ; benigno  
 Dum vigilat vultu , & donis tibi depluit Æther ?

Non

Gryphi auræ  
 custodes in  
 montibus , ex  
 Plin l. 7. c. 2.  
 Discordia  
 Auaritiâ in-  
 stigat, & In-  
 uiam in  
 fratres motis  
 Dominos a  
 Sac. Cella oc-  
 cupati .  
 Opulentiss. in  
 dies donis Ae-  
 dæ cumulari  
 cum viderent  
 cupido ani-  
 mos vicit, sa-  
 cro auro argē  
 roque inbiare  
 primò, inde si-  
 mulante aua-  
 ritia odio plus  
 quam frater-  
 no inter se  
 dissidere cepe-  
 rūt. Turf. l. 1.  
 c. 8. H. La.  
 Inuidia, ut  
 specie boni V-  
 gonem deci-  
 piat. induit  
 Angeli Mi-  
 chaëlis vultu.  
 Illum noctu  
 conuenit, allo-  
 quitur, & o-  
 diam sermō  
 facit.

Non sic Torquatus , cui mens infomnis in omne  
 Excubat ingeniosa nefas , geminamque laborat  
 In rabiem , tibi fata ferens , post fata rapinas .  
 Attamen haud crimen pariet , quod concipit : ipso  
 Consilium in partu , Cælo vigilante , peribit ;  
 Ædiculæ dum Nazareæ malè deperit aurum .  
 In te reclusis Paupertas aurea valuis ,  
 Hospita virginæ Sedis , sua munera fundit .  
 Aspice . Suspensis nutant laquearia donis :  
 Ara flagrat gemmis : sacro sub pondere muri  
 Exultant : pleno versatur copia cornu ,  
 Quod tenet in superis habitans Opulentia Regnis ,  
 Indue fortunam : tua sunt quæ congerit Orbis .  
 Hæc tibi dotalis Domus est ; hæc præmia morum .  
 Quid sine mente lares , sensuque carentia saxa ,  
 Dona iuuant ! quid pignus iners , & inutile pondus ?  
 Non regit astra animus , tamen irrequieta rotantur .  
 Nec Phœbi torpet superis in mœnibus aurum ;  
 Nec Lunæ sedet argentum . fugit otia cælum .  
 Et deses ferat illa autum cælestis imago  
 Cella Domus ! Iubet Omnipotens : vertatur in vsus  
 Diues pompa tuos : tibi flexile seruiat aurum :  
 Subde Dei te seruitio . Sic vasa Canopi  
 Ifacidæ rapuere , maris per inhospita vecti .  
 Sunt tua , quæ Domino rapis indulgente . rapina  
 Numinis imperio fit victima . viua Tonantis  
 Tempa , homines ornare iuuat . Sic fata , latenti ,  
 Cum tæda totum sub pectore inersit Auernum .  
 Nec minus Aligeri sese transformat in ora  
 Turbida Auarities , Torquatique insilit ædes ;  
 Illius atque toro dictis se talibus offert .  
 Tolle oculos , Torquate ; tibi lux ridet amica

*Argentum, et  
 aurum, si est  
 otiosum, est  
 inutile. ideo  
 voluit Deus  
 argentū lunę,  
 & solis aurū  
 hominibus  
 perpetuo mo-  
 tu prodesse .  
 Petierunt ab  
 Aegyptiis va-  
 sa argentea,  
 & aurea .  
 Exod. c. 12.  
 Auaritia An-  
 gelis Gabrielis  
 vultu Tor-  
 quato apparet  
 & in odium  
 fratris accen-  
 dit .*

Numinis atque auri. Fratris secure, quid altâ  
 Noctē iaces, qui mente dolos molitur iniquâ;  
 Aggestis vt diuitijs in Virginis Aula,  
 Et solus, renuente Deo, parto incubet auro?  
 Anne iterum in scenam dabitur violata, Caino  
 Infidiantē, fides, pollutaque sanguine tellus?  
 Haud equidem. tu iustus Abel, fraterna secabis  
 Ense prior fraudum molimina. Discute noctem;  
 Atque manus, oculosque para vigil hostis in iâsus.  
 Ipse tibi, superis versatum incidibus, ensē  
 Suggesto vulnificum. Gabriel ego, fortis in arma,  
 Arma fero, quæ fraternæ subtegmina fraudis  
 Filaque rescindant. huic lumine nuncio flammâs;  
 Sed tibi lætitiâ, qui Virginis Atria quondam  
 Nunciûs intraui, radijs pietatis & iræ  
 Orco terribilis, terræ iucundus. Ad arma.  
 Iam rotat arma hostis; qui ni mea cura resistat,  
 Lumina dum claudis, referabit vulnere pectus,  
 Vitalique aurâ fratrem spoliabit, & auro.  
 Pro tæda gladium tibi præfero: perge per umbras:  
 Dimoueas tenebras hac luce, animique timorem.  
 Dixit; & illuxit ferro, noctemque fugauit;  
 Atque odij iuuenem viuus afflatibus vrget.

Ille auidus pugnæ, rabie cogente, repellit  
 Strata manu, tunicâque artus indutus, anhelat  
 Fratris in exitium. Se vocibus asperat vltro.  
 Perfide, sic fraudes potis es componere risu,  
 Innocuisque meis illudere moribus? astus  
 Conde sinu: gladio pandam, tibi sanguinis ardor  
 Languet Auaritiæ flammis, mihi cædis amore.  
 Aurum te stimulat; me ferrum inuitat ad ausus.  
 Nunc adero, atque tuo restinguam sanguine flâmâs.

Quid

*Torquatus se  
 vel ad V'go-  
 nis cædem, vel  
 ad sui defen-  
 sionem verbis  
 irritat.*

*Ira, & amoris vario agitur aestu.*

Quid titubo ? quid crura labant ? ego viscera ferro  
Rimabor fratris ? cedet natura furori,  
Dimidiumque mei per me cum fratre peribit ?  
Non meus est : ego non fratris. cognomina iunxit,  
Sed natura animos odijs diuulfit iniquis .

An prior intentos cum vulnere demorer enses  
Miris in immitem ? furor ò furor exere vires .

Excidimus fratri : sic pectore frater ab isto  
Excidat. Ira iterum trepido sub pectore crescit .

Me petit ille : petam iugulum prior ense pudendum,  
Hic fratrem decet amplexus . Discede ; quid vris

Me pietas iterum ? mihi me natura relinque.  
Est frater . non est frater , qui iura reuellit

Sanguinis , est hostis . cessas ? moriatur vt hostis .  
At memini , nec vana fides , pater vltima natis

Cum monita ingereret moriturus , & oscula ferret ;  
O nati , dicebat , amor , dum corpore soluo ,

Vos liget æternis in dulcia fœdera nodis .  
Vixi ; vosque meâ nunc viuite pectoris aurâ .

Concordes animos sequitur Fortuna ; sed illos  
Si secat ambitio , Regni vel separat ardor ,

Sola ruina manet . Discordia diruit vrbes :  
Et stabit priuata domus ? Librata pendit

Terra diu Pacis manibus ; si brachia bellum  
Admoueat , ruet in præceps . Concordia cælum

Tot seclis immota mouet . Cadet ætheris agmen  
Sidereum ; tuba Naturæ cum fœdera franget

Terribili clangore . Pari , mea pignora , sensu  
Crescite vos , paribusque animis : Martisque libido

Si fremet ante fores ; penetralibus exulet . Author  
Sic pacis vestra arua Deus , montisque vireta

Rore riget cæli , lactisque coagula reddat .

*Monita Patris vltima Torquato redeunt in mentem, & reuocant ad amorem.*

*Terra nõ fun data, sed suo librata pondere non cadit, quia elementorum cõordia, & velui pacis manibus sustentatur. Facit concordiam in Cælestibus.*

Et patris voces, & vota nouissima fallam?  
 Ne feriam, feriant cor vota extrema: cruoris  
 Iâguet amor, lacrymæque fluunt, Pater ah pater! hoste  
 Pro germano animas verbis, formasque Tyrannum,  
 Atque ferire doces tigres, acuisque leones?  
 Te patre, tigris ero? Tigris, vrsa, leæna, leoque.  
 Vrsa, leæna, leo, tigris es sic perfide frater.  
 Ingenium tibi reddo tuum: crudelibus ausis  
 Te refero; similemque tibi me crimine fingo,  
 Et probo germanum. sed patre indignus vterque,  
 Qui genuit tigres agnus, colubroque columbus.  
 Perge manus: Capto quid retro voluitur ense?  
 Quid stupet, officiumque fugit ferale? Resume  
 Depositum, pigra dextra, enses. Cor perculit horror.  
 Perge iterum. magnis animis postrema parantur  
 Crimina. Mene lues, dum sanguine polluo fratrem,  
 Polluet admissi sceleris? Non crimina cælum  
 Imperat. auspicijs agimur cælestis Ephebi.  
 Hoc scelus est: Superum iussis obfistere contra.  
 Numinis irati satiarunt sanguine flammis  
 Fraternali Ifacidæ, vitulique immixta fauillis  
 Interfectorum caluerunt corpora fratrum.  
 Ergo Deo famulare, manus, sacrandæ cruore.  
 Perge: sequor. dixit. Sunt arma & tædæ furenti  
 Flammiger Inuidiæ gladius: lucet via Ditis  
 Fulgure. Auaritiæ monitis tunc fortè ruebat  
 In iugulum fratris, fratris ferus Vgo relictis.  
 Nam Dea fallaci postquam formidine lusit,  
 Coniecitque faces iuueni, fratrisque rapinas,  
 Et ferrum extimuit; nudo sese ense periculis  
 Obtulit ingratis, noctique immiscuit armis.  
 Vt se lustrarunt media in caligine fratres,

*Mons conge-  
 latus in quo  
 beneplacitum  
 est Deo habi-  
 tare in eo. ps.  
 67.*

*Rursus rapi-  
 tur in iras.*

*Oboritur reli-  
 gio, sed excu-  
 titur, & iube-  
 tis imperio, et  
 Hebræorum  
 exemplo, qui-  
 bus post aurei  
 vituli cultum  
 dixit Moyses:  
 occidat unus-  
 quisque fra-  
 trem suum, &c.  
 consecratis  
 manus ve-  
 stras Domi-  
 no, &c. Ex. 32  
 Vicit ira. it  
 Torquatus in  
 Vgonem eodẽ  
 temporis artic-  
 culo, quo fidei  
 Angeli dolus  
 accensus ibat  
 Vgo in Tor-  
 quatum.*

In.

*Improvisus  
virique fra-  
trum occur-  
sus.*

*Ante pugnam  
se verbis fra-  
tres impetunt  
ac feriunt.  
Ex ore turba-  
to & striculis  
armis unus-  
quisque conij-  
cit alterius a-  
nimum & si-  
bi paratas in-  
fidias.*

*Cogrediuntur  
singulari cer-  
tamine.  
Ad ultimum,  
dum vicique  
ad se emolu-  
mentum tra-  
hit, cū alter-  
catione con-  
gressi ab irae  
rum certami-  
ne ad arma  
venere lib. 1,  
cap. 2. Turf.  
in Hist. Laur.*

Intumuere animi rabie . furor , ira , timorque  
Prælundunt pugnae : rapit ira ; metusque coercet .  
Ac velut immissi claustris bipatientibus Vrsus  
Atque aper in caueam , tacitis terroribus ambo  
Se circumspiciunt : fremitu mox arua fatigant ,  
Extolluntque aures : aptant mox ictibus ungues ,  
Designantque oculis figendos dentibus armos ;  
Et iam conuersis in prælia frontibus ardent ,  
Incurruntque ferae ; sic se Torquatus & Vgo  
Aspiciunt pauitantque . Tonat prius ore , morantèque  
Vgo ferit dictis : I nunc Germane , tenebris  
Conde dolos : tege nocte iras : illuxit Olympus :  
Prodidit ille tuas , non frater , proditor , umbras ,  
Et dubitem ! te forma oris , teque arma , furorque  
Insimulant hostem . Cælo damnaris : & ultor  
Criminis ipse tui , Superis plaudentibus , adsum .  
Cui frater : Meditata diu quæ vulnera portas  
Scilicet expectem ? tua tela retorqueo . vultu  
Argueris , scelerate , tuo . Quid nocte silente  
Me peris armatus ? num limina nostra tueris ?  
Oscula vt infigas , an vulnera ? Perdite , Cælo  
Iudice damnaris ; me nunc lictore peribis .  
I nunc ; quære aurum , cæca in tellure sepultus :  
Hoc ferro tibi pando viam , tumulumque recludo  
Visceraque , His Vgo respondit vocibus ense ;  
In fratremque ruit , Furijs certantibus , ambo  
Ingeminant ictus , armisque , odiisque frementes .  
Funditur ille solo : mox subsilit : auribus , ore  
Murmurat & iugulo ferrum ; queriturque , nocendo  
Quòd calidum nequeat membris potare cruorem .  
Torquatus celeri vertigine corporis , Vgo  
Mole valet stabilique gradu . Sermonibus iras

Arma



Arma interiaciunt, fessi dum Marte quiescunt.  
 Instaurant vires, bellumque, animosque resumunt.  
 Corpora corporibus tunduntur, & ensibus enses:  
 Ictibus excipiunt ictus, pariterque repellunt.  
 Grandinis in morem, crepitat per tempora ferrum;  
 Sed ferro redit excussum. Sudore furentum  
 Fumat humus, pulvisque flagrat. Sic Eurus & Auster  
 Confligunt, Pontique secat discordia fluctus.  
 Subsidunt valles: montes tolluntur aquarum;  
 Et dubitat pelagi cui militet vnda Tyranno.  
 Sed tandem intepuit fraterno sanguine mucro,  
 Et venas bibit Vgonis. Calor, iraque sensus  
 Abstulit, atque umbris operit nox signa cruoris.

Iamque rubescebat, stellis cedentibus, æther,  
 Dum campis Aurora rosas spargebat Eois:  
 Cum videt Vgo sinu clarescere vulnera, & atras  
 Mortis inesse notas. Stimulat formido furorem;  
 Atque ait: Extincto iam victor fratre, triumphas:  
 Crudelis cane; io Pæan: pete dona, domumque,  
 Direptisque potire opibus. Sint illa dolorum,  
 Curarumque tibi seges horrida; sanguine fratris  
 Hæc quando, scelerate, rigas; aconita, cicutæ,  
 Sint colubri sanies, & amaræ toxica mortis.  
 Si quid vota valent, post funera fata reponam:  
 Te sequar; abruptam pauidam leuis umbra quietem;  
 Dum dabis inuiso crudelia lumina somno.  
 Te face, te ferro, facibusque, flagrisque lacesam:  
 Ossibus instabo; scrutabor & intima cordis.  
 Perfide, ferta para: vicisti; at tendere palmas  
 Non nisi cum calido gladij mucrone videbis.  
 O mecum si forte cadas! ne desere fratrem,  
 Frater acerbe: sinu, nostraque cremaberis irâ.

*Protrahitur  
 usque ad Au-  
 roræ pugna,  
 et infligit sibi  
 vulnera vi-  
 det Vgo, qui æ  
 præ Martis au-  
 dore non sen-  
 ferat, & cæca  
 in nocte non  
 viderat.  
 Voce furit, &  
 ferro.*

*Naud procul  
erat, quin Dei  
para Cellam  
crnore resper  
gerent, cum*

*Deus tantum  
facinus subla  
ta facinoris  
causa prauer  
it. Turf lib. 1  
c. 8.*

*Magna ca  
num, & venä  
rium urgente  
vi contēptim  
venitēque ce  
dit, &c. Plin.  
Nat. hist l. 8.  
c. 16.*

*Calet pugna  
Virginis ante  
Domum.*

*Pugnantibus  
arescunt bra  
chia.*

*Enses euane  
scunt.*

*Durat ira.*

Hæc iactans, referensque retrò vestigia, callem  
Sanguine signabat, gladiumque rotabat in ictum.  
Dant animos, rapiunt iuueni dum vulnera corpus.  
Sic dum missa venit per viscera arundo leoni,  
Venantum aduersas acies, & vulnera temnit:  
Non hastas, non tela timet, nubemque cadentum  
Sustinet armorum; donec cum sanguine robur  
Deficit, & nescit cedendo cedere virtus.  
Dissimulat fugiendo fugam: nam fortior ora,  
Dum fugit, ostendit, non terga mina sive, cruoremque  
Euomit ex vno moriturus vulnere in hostem;  
Torquato magis increpito violentia gliscit;  
Et ferro fratrem insequitur. Iam pugna Tonantis  
Æstuat ante fores. Sed dum iactantur in ictus,  
Protinus obriguere manus: stant marmoris instar  
Aëre pendentibus vacuo, frustra que requirunt  
Et motum, & gladios. Subitò nam flammeus ensis,  
Fulguris in morem, tenues euasit in auras.  
Illi obnituntur multâ vi brachia retrò  
Flectere; at in cassum. Pudor, atque insania luctu  
Mixta furit: nec adhuc imis infixâ medullis  
Tartara discutunt: odijs, non ensibus instant:  
Pro telis voces iaculantur: dextra fit ira.



## ITER LAVRETANAE DOMVS

## LIBER XXIV.

## ARGVMENTVM.

*Fratres germani detectis per Angelum Tartari dolis odia ponunt, amoremque redintegrant. Sed interim è Colle cruore polluto S. Cella discedit. Hanc illi dum dolore lymphati sequuntur, Michaëlis audiunt cantus poëticè vaticinantis, ante vniuersale iudicium cateris igne combustis, eam Domum à sole cremendam, & iterum excitandam ad eorum puerorum solatium, qui fuere cum prima originis labe vita functi. Gabrielis quoque canora vaticinia percipiunt prædicentis: omnes artes in eius ornamenta consensuras; populos omnes ad eam cum donis venturos, & tot faciliè excipiantur, tres in ea portas mirè aperiendas.*

**C**Ede furor: Domus hæc Pacis, fuge sanguinis ar-  
 Noxius; in venis vbi Numinis, vnda salutis (dor  
 Arsit, & effluxit nobis è virgine venâ.  
 Defensor custosque Laris volat Aliger: ensem  
 Cum tonitru intentat vocis; quo protinus omnis  
 Detonuit fratrum rabies, compositaque mens est.  
 Ille autem: ò Iuuenû malè prouida pectora fraudû,  
 Quid placidos turbatis agros? sic Limina Pacis  
 Belligeri excipitis? tanti quæ causa furoris?  
 Scilicet Inuidia, & vanis exercita curis  
 Turpis Auarities vos hæc in prælia misit.  
 Vultibus Aligerûm ne credite: credite factis.  
 Aligeros non forma facit, sed vita. Quid ergo?

*Defecit tau-  
 dem ira  
 Angeli ante  
 Virg. fores ap-  
 parentis aspe-  
 ctu.  
 Angeli minâ-  
 tis, & Tartari  
 fraudes a-  
 perientis vox.*

An Superi, æternæ soboles pulcherrima Pacis,  
 Impia bella mouent, & fratrum sanguine gaudent?  
 Numinis hæc Sedes, gymnâsque docentis Amoris,  
 Exedraque, hoc docuit, dum uestris appulit aruis?  
 Hic fratrem Natura Deum si uestra vocare  
 Attonita edidicit; si flammea spicula faxis  
 Fregit in his, hominum dudum sitientia venas,  
 Heu fratris violata diu patientia Verbi,  
 Vos dira capite arma manu: diuellite fratrum  
 Fœdera, & impuro temerate hæc saxa cruore.  
 Sit Ioseph cisterna, Domus Pietatis: in antrum  
 Currite, ieiuna stimulari fauce leones,  
 Hæc latet in cauea Daniel. lacerabitis? ite.  
 Aligero præserte ferox cadit ira leonum:  
 Et præserte Deo, fratrem super ipse sequutus  
 Frater agat & moriensque, solum venerabile vtorque  
 Calcibus obtundat, murosque cruentet & aram?  
 Non hæc in nostris offertur victima Templis.  
 Quærit oues hæc ara, agnos, niueasque columbas:  
 Respuit accipitrem, quæque implicat vngue, leonâ:  
 Imbuatur lacrymis, & lacte: cruore tepescit,  
 Quem Pietas, quem dia Fides, non ardor Auerni  
 Eliquat: hinc ferri sonus exultat omnis: Amoris  
 Tunditur hic tantum placidis concentibus incus;  
 Dum mollit sua tela faber, versatque, trahitque,  
 Temperat: & resonis lacrymis, flammâque canorâ.  
 At vos in Pacis ferrumque odiumque Penates  
 Infertis, fabri scelerum; strepituque flagellum,  
 Quod quatit Aleto, quassatis? vos ego. Pacis  
 Sed vetor imperio. Pedibus calcata profanis,  
 Debuerat tellus, collisque dehiscere: sanguis,  
 Vestibulum quo fumat adhuc cæleste Tonantis.

*Vt Ioseph  
 peruenit ad  
 fratres suos,  
 miserunt eum  
 in cisternam  
 veterem, que  
 non habebat  
 aquam ex  
 Genes. c. 37.  
 Miserunt Da  
 niel in lac  
 cum leonum.  
 Daniel. c. 14.  
 Daniel ab an  
 gelo seruatus  
 est.  
 Malleus, &  
 securis, &  
 omne ferra  
 mentum non  
 sunt audita  
 in Domo. Reg  
 3. c. 6. de Tē  
 plo Salomonis*

Fas erat æternas vobis accendere flammæ  
 Tartara sed longè Laribus cælestibus absunt.  
 Ille vocat pœnas; veniam sed sanguis Amoris  
 Hic vocat, & clamat, gremio quem Virginis hausit.  
 Vos etiam innocuos Strygij dolus efficit hostis.  
 Credula res timor est. peccastis imagine culpæ.  
 Ficta fides veras extorsit amantibus iras.  
 Ille dabit pœnas: vos viuite. Sed tamen Ædes  
 Sanguine pollutum hospitium montemque relinquet.  
 Dixit, & in nebulas iterum se condidit Ales.  
 Ut Ditis patuere doli; vis improba cessit,  
 Atque animo melior, melior vis addita membris.  
 Tunc subito rigidos humeros, facileque morantes  
 Lentauerè manus, mollitaque brachia collo  
 Implicuere nouo fratres certamine. Pugnam  
 Corda vocant gemitu: sunt oscula vulnera: sanguis  
 Non fluit è venis, sed sanguis, lacryma cordis,  
 Labitur ex oculis, tergitque caduca cruorem.  
 Se querit, faciemque suam, lacera ora, sinumque  
 Vgo sanguineum: redijisse in pristina vires,  
 Et stupet obducto plagas coalescere labro.  
 Vox hæret suspensa diu; sed denique prodit.  
 Viuimus. ò Pietas Cæli miserantis! ab umbris  
 Euigilo Barathi, mortis, noctisque profunda,  
 Virginis ad lucem. mihi reddor, reddor amori:  
 Ad mores iterum fratris, nomenque reuertor,  
 Transfuga qui me deserui, cadat umbra furoris:  
 Lux amor haud tristes irarum promouet umbras.  
 O frater, Torquatus ait. sed plura parantis  
 Dicere, iucundus dolor occupat ora; filetque;  
 Rursus & abruptis facunda silentia. Frater,  
 Frater ades! num vulnus hiat, quod barbarus ense

*Sanguis, quæ  
 S. in Domo  
 Verbum sum  
 psit à Virgi-  
 ne, veniam  
 poscit pro sce-  
 lere fusi à fra-  
 tribus cruo-  
 ris.  
 Excusat, &  
 imminuit  
 fratrum cul-  
 pam.  
 S. Domum pol-  
 luto è colle  
 discessuram  
 nunciat.  
 Fratres rece-  
 pto brachiorum  
 sensu in mu-  
 tua conspirant  
 amoris officia.  
 Noua inter il-  
 los amoris pu-  
 gna.  
 Euanescent  
 Vgonis vul-  
 nera,  
 Amica fratrum  
 colloquia.*

Artubus innocuis impressi & parce ; vel artus  
 Ferro finde meos : cum scenore sanguinis vndas  
 Extrahe : fata moror ; remorer dum funera fratris,  
 Si parcis , si-viuus , amor si vulnera curat ,  
 Tê viuo , si viuo , mei pars optima , frater ;  
 In mea corda redi : redeam in tua corda : sed vnum  
 Cor nobis effingat amor , mentita quod ira  
 Abscidit in partes , fecitque è fratribus hostes .

Hæc illi . Se complexu; mox Virginis arcent  
 Vestibulum , pauitantque fores intrare profani .  
 Prouoluuntur humi ; genibusque tepentia pressis ,  
 Pronis atque genis , & fusilis imbres doloris  
 Discessura rigant violatæ Limina Pacis .

Illæ tremunt : tremuere ambo . Num tristitia , clamât,  
 Sunt hæc signa fugæ ? Parce , ô Domus hospita , parce :  
 Ne fuge crudeles terras . si sanguine montem  
 Polluimus , lacrymis cor purgat , & expiat ignis ,  
 Quo nos vrit Amor nunc Virginis . ô pia Virgo ,  
 O Domus , ô Superi ! Ditis peccauimus astu :  
 At non sponte mali . Pietatis Regia , parce .  
 Te posthac , non dona tuis pendentia valuis ,  
 Non auri quæremus opes : tua saxa pyropis  
 Præferimus . tu gemma animi : tu fideris aurum .  
 Quod si supplicium meditatâ è cæde reposcis ,  
 Hic dabimus : diuelle animam , dum velleris : aras  
 Sparge cruore pio , si tabe infecimus atrâ .

Hos inter gemitus telluri affixa leuarunt  
 Colla . Sed , ô lacrymæ ! complexibus hospita fratrum  
 Cella recedebat . Vacuis tunc pectora palmis  
 Obtundunt miseri , fugitiua que Tecta sequuntur  
 Vocibus & lacrymis . Fratres quæ terra nocentes  
 Excipiet , fugiente Domo , quæ sola dolentis

*Vt veniã poscans, proster-nãis se B. Vir-ginis ante fores .*

*S. Cella, vt vici-nâ fugæ signum daret , intremuit .*

*Fratres timēt ne discedat : veniam sceleris poscunt, vt detineant .*

*S. Cella discedit lento gradu, & radens terræ superficiem .*

*Germani fratres eam discedentem ingenti luctu sequuntur .*

*Eorum voces luctus indices*

Hesperia fortuna fuit? Nos illius arcem  
 Vertimus, atque omnes vno spes fregimus ictu.  
 Italiam, Italiam ferro vastauimus illo,  
 Sanguine qui tepuit nostro. Iam Roma rebelles  
 Destinat exitio. Latijs, vident? agmina campis  
 Arma, arma expediunt, furijs bacchantia nostris.  
 Crebrescit matrum pauidas vlulatus ad auras,  
 Et strepitus Martis, coniuratiq; furores.  
 Picenum ruit ecce; abreptaque corpora vellit,  
 Spargit & in pelagus. pelagi miserescite lymphæ;  
 Quos furor euulsit, fratrum componite membra.  
 O regio, ò ciues, illusaque Patria, salue:  
 Te fugimus, fugiente Domo. proh vana salutis  
 Nomina! prodidimus tentatâ cæde salutem.  
 Nostro pulsa salus fugit ense. ò Patria, ferrum  
 In nos, & gladios, vltriciaque arma capefle.  
 Haud miseris spes vlla fugæ, qui Tecta fugarunt;  
 Spes vbi cum Patria fundauerat Itala tellus.  
 Interea, Colles, vlulate: arefcite campi,  
 Ætheris haud pluuiæ, roris non vbera laçent:  
 Expectate graues Dominorum sanguinis imbres:  
 Crescite: pro flauis aconita profundite ariftis.  
 Non vos carpat onis: lateat ferus anguis in herba:  
 Prodidimus Patriâ: laceremur ab anguib; angues.

Cum lacrymis dum verba ferunt; cû Sede volucris  
 Lymphati volitant. Non saxa morantur euntes,  
 Non rupes, rigidique rubi. nam Virginis Ædes  
 Radebat vicina solum, tardoque secabat  
 Suda gradu. Stagnis pennâ sic, Cycne, niuali  
 Desuper incumbens, humili te tramite flectis,  
 Atque canis. Dum discursant, dum prendere palmis  
 Expansis certant iuuenes fugientia Tecta;

*Dimota præ  
 dolore è sede  
 mente, videre  
 sibi videntur  
 omnes Italia  
 vrbes ipsorū  
 culpa tanto  
 bono priuatas  
 ruere in vlti-  
 tionem.*

*Hac rerum  
 vana specie  
 turbati fugâ  
 meditantur.*

*Mitescit fra-  
 trum luctus  
 cantibus An-  
 gelorum.*

*Michaëlis do-  
mum veſtan-  
tis muſica  
vox.*

*Canit 3. Cella  
perpetuitatē  
eo in loco, in  
quo erat po-  
nenda.*

*Vidi cælum  
nouū, & ter-  
ram nouam,  
primum enim  
cælum, & pri-  
ma terra a-  
hūt, & mare  
iam non eſt  
apoc. 21.*

*Ignis, & vn-  
da in exitū  
terræ conſpi-  
rabunt; Dei-  
para verò Do-  
mum non per-  
dent, ſed co-  
lent.*

Auditi Superūm cantus. Sic primus ouanti  
Verba liquat fonitu Michaël; eademque canoris  
Plauſibus Aligeri reddunt. En littus aramus:  
Denique in hoc tandem iacienda eſt anchora portu.  
Dicite io Superi: Fortunæ figite clauum  
Italiæ. læti fedes intramus amicas.

Hic dabitur tranquilla quies; dum fidera cælum,  
Dum venti voluent vndas, frondeſque loquaces.

Cæca dies aderit, terræ poſtrema cadenti,  
Nox horrenda malis, lacrymis rorata malignis;  
Nulla ſalutabit quam garrula vocibus ales;  
Sed tuba terrebit, vocalis turbine mortis.

Flante Deo tunc terra cadet, tunc mortua ſurgent  
Corpora, quæ defixa ſolo, vel nube locata  
In ſcenam venient, tædis fumantibus iræ.

Terribili clangore tubæ tremet excita tellus:  
Sol iter abruptet: rutilo currentia paſſu  
Luminis in ſtadio, curſus ruitura relinquent  
Sidera: fede ſuâ turbata elementa recedent.  
Hærebit quoque flamma, gelu conſtricta timoris;  
Vndaque ſoluetur. nam detrectantia ripas,  
Atque aurâ ſtimulata tubæ ſe flumina fundent:  
Fata ferent populis, liquidâque in morte ſepulchrū.  
Torpentem flammam, quis crederet? vnda vocabit,  
Atque acies ſimul in Reges, in Regna mouebunt.  
Hæc fluctus; aget illa faces: feret vtraque ſigna  
Irati metuenda Dei, plagifque cruentis  
Chriſte, tuis depicta, rubet quibus ira Parentis.

Flumina ſed poſtquam, ſtrepitu iaculantia fluctus,  
Infaturabilibus manderunt faucibus vrbes;  
In lymphis purgata ſuis, venerata Penates  
Virginis, & muris aſſuſa, oblita nocere,



In feflas mutata faces, in flumina lucis,  
 Atria demergent pulchrâ obfidiōe nitorum.  
 Fumida quin etiam Mundi qui tæda, roguſque  
 Funeris extremi, ſpatiabitur ignis in Orbe,  
 Haſtis flammaram verſis hanc ambient Aulam  
 Virginis, & diſcet componere mitior iras.

Littoribus mare prorumpens, terris que reſuſum;  
 Ante Fores criſpabit aquas; tremuloque ſuſurro  
 Omnia perterrens, terrebitur. Inde procellas  
 Torquebit retro, camposque vagabitur; urnâ  
 Vt Mûdum in liquidâ componat; & vndique luçtus,  
 Quos vindicta Dei proſeminat, irriget vndis.  
 Descendent armata ſuis aſtra omnia flammis,  
 Succendentque pyram, qua terra cremabitur omnis,  
 Umbra è ſideribus nateetur, noctis alumna.  
 Scilicet in medio palpabitur illa nitore:

Obuia mors tenebris occurret: ſtella fauillas  
 In ſtrages in bella vomet: iugulataque tellus,  
 Et donis extincta ſuis, in luce peribit,  
 Munere quæ lucis vitales duxerat auras.

Sed quis virgineæ, quæres, erit exitus Ædis!  
 Occidet illa etiam, ſed pulchro ſplendida fato,  
 Et caſu magis alta ſuo. Quæ Regia Solis  
 Diuini fuerat: radijs ſolaribus vſta,  
 Non ſumi tenebroſa globos, ſed luminis imbres,  
 Et pro ſcintillis pretioſâ grandine paruas  
 In cælum ſtellas ſonitu glomerabit amico.  
 Harmonico quoque ſaxa ſono compage ſolutâ  
 Diſſilient muris, ſtellas imitata canoras.

Exitio renouata ſuo, meliorque reſurget  
 E tunulo cineris Domus, indignata ſepulchrum,  
 Lauretana. Perire nequit Domus hospita Vitæ.

V ira-

*S. Domus non igne cõmuni, ſed Sole comburetur: nam ab ipſo Sole igne elici poſſe vero nauium incendio Archimedes oſtendit. Hoc tantum poëta dicitur, nam re vera igne communi cõturbant. Suis deinde ſurget è cineribus.*

*B. Virginis è  
ligno signum,  
& Christi ta-  
bula è Cruce  
pendentis, que  
nunc in S. Do-  
mo visuntur  
iterum à Sole  
formata. poet.*

*Angeli ex aë-  
re formata  
corpora sepe  
assumunt.*

*Complicabū-  
tur sicut liber  
cæli, & oranis  
militia eorū  
defluit, sicut  
defluit folium  
de vinea. Isa.*

*34.  
Quæ cadent  
è calo astra,  
orbe cinesacto  
in S. Aedem  
nouum velut  
in cælum se  
recipiēs. poet.*

Vitali è succo Vitæ quæ dicitur arbor,  
Antiquam referens, primis quæ floruit aruis,  
Flores ante fores maturaque poma colorans,  
Perpetuum pueris renouabit robur in æuum.  
Altera & hîc, viridi lacrymans opobalsama trunco,  
Arbor erit, pallens vmbra, circumdata dumis,  
Turturis hospitium, miseroque simillima ligno,  
Quo Sophiæ quondam pomum fatale pependit.  
Sol qui splendorum, ceu sanguine, purpurat ostro,  
Luce colorabit simulacra cruenta Tonantis,  
È Cruce qui pendet. Sed Virginis Icona, malas  
Quæ gerit vmbrotas fumo, Sol vestiet vmbra,  
Fixâ in vestibulo quam spargit ab arbore Vitæ.  
At quæ materies operis? Via lactea cæli,  
Cum stellis compressa suis, solidataque Solis  
Artificis dextrâ. Sic conglobat Aliger auram;  
Constipat, speciemque addit, flectitque, trahitque,  
Ora, sinus, oculos, frontemque imitatur & aures:  
Artubus igniculos miscet, calidosque vapores.  
Sidera, quæ cælo cecidere, Penatibus iras  
Virginis abijcient. hoc Limine castra locabunt;  
Lumineque in gemmas lapides & mœnia vertent.  
Hæc nam, subiectâ telluris in intima peste,  
Non superas repetent sedes vexillaque Solis:  
Virginis in Laribus detersâ cæde quiescent,  
Angustâ contracta Domo, maioraque tanti  
Maiestate loci, læto quem fulgure cingent,  
Semper & ornabunt, flammis vitalibus ortum.  
Felici generata rogo, nece viuuda rursus  
Secula sic iterat Phœnix, Phœbumque salutat,  
Quo moritur, rursusque oritur. sic fragmina vitri,  
Dum liquat igne faber, componit, fractaque iungit,

At-

Atque tubi cyathum per spiramenta figurat,  
Qui dum pellucet, bibit æthera, vinaque fundit.

In veterem formam postquam renouabitur Ædes,

Atque suis Tellus saxis antiqua sedebit  
Condita ceu tumulo; Tellus noua surget ab igne,  
Excutiens humero cineres & Numinis iras.

E cinere arboreo pubent sic pulchrius arua,

Et pigris immissa iuuant incendia campis.

Perpetuo veris post horrida funera risu

Exoriens ridebit humus. non grando necabit,

Non Aquilo segetes: segetes sed lumina pascent.

Luminis vt radij, cum floribus herba micabit;

Cunctaque prorumpent vt amœna rosaria Solis,

Non rerum Natura vices, Fortunaque voluet;

Educent æterna nouas elementa figuras:

Arua ferent fruges inarata; metallaque montes

Non cæcis condent latebris, sed vertice proment.

Arnus erit Pactolus, erit quoque Tybris Hydaspes.

Non mare Tyrrenum, non Adria cedit Erythræ:

Sol melior, meliorque nouos lux induet agros:

Clarior electo, radios transmittet in imum

Terra sinum; nec opaca suis celabitur antris.

Turba minor Puerum colet hæc cunabula Mundi

Prima renascentis, quos culpa aliena nocentes,

At proprijs impressa animis, vitæque Deique

Abstulit aspectu, melioribus abstulit annis,

Ante salutaris quam labem tergeret vnda.

Infelix simul, & felix has Virginis Ædes

Lata frequentabit pubes, solatia cæli,

Et simulacra. Dei velabunt fronde Penates:

Limina nunc choreis; niveis nunc lufibus aras

Lustrabunt: festo caprabunt gaudia cantu;

Vasorum è  
vitro confor-  
matio.

Perspicuum est  
cælum, & ter-  
râ nõ perire,  
sed in melius  
commutari. S.  
Hier. in Isa.

Terra erit lu-  
cida, & per-  
uia sicut  
vitrum  
in superficie,  
aqua sicut  
crystallus, aer  
sicut nunc est,  
cælum, ignis  
sicut nunc sũt  
luminaria  
cæli. S. Thom.  
dist. 48. q. 2.  
ar. 2.

Pueros ante  
baptismum cũ  
originis culpa  
defunctos can-  
nit Michaël  
futuros inco-  
las Cæle La.  
Hæc illis Do-  
mus pro celo  
erit, & amisse  
beatitudinis  
in solarium.  
poët.

Et

*Meditantur  
 alia iuniores  
 lusciniæ, ver-  
 fusque, quos  
 imitentur ac-  
 cipiant, &c.  
 Pli l. 10. c. 29  
 Prædicit futu-  
 rã circa Lau-  
 ret. Domum  
 Laurinã sil-  
 uam Idcirco  
 Michaël, dñs  
 cant, iubet  
 angelos mino-  
 res lauri sur-  
 culos e celi  
 campis affer-  
 re ad huius  
 siluæ insitio-  
 nem.  
 Hos pueros re-  
 nonatam in  
 meliùs terrã  
 post vniuersa  
 le Iudicium  
 habitaturos  
 nonnullorum  
 sapientiũ opi-  
 nio est, ut re-  
 fert Martin.  
 Roa in lib. de  
 glor. Beat. &  
 stat anim.  
 Potestatis, quã  
 habent in  
 corpore lumi-  
 nosa, in d. Do-  
 mo more puc-*

Et queruli curas, sine questibus & sine curis,  
 Ætheris amissi solantes, otia ducent.  
 Sic canit, & queritur: nido philomela tepenti;  
 Explicat argutæ nascentia murmura linguæ,  
 Erudit & pullos, gemitu lætata canoro.  
 Frondibus æternis, hæc circum Limina, lauri  
 Silua perennabit: funderet pro fronde pyropos;  
 Et quæ fronde viret, flauo grauis inde metallo,  
 In sceptri molem consurget virga: sed auro  
 Pro baccis inerunt gemmæ, pro floribus astra.  
 At mihi Cælituum pubes affusa canenti,  
 Nunc age; cælestes, dum carmina prosequor, hortos,  
 Quàm primùm teditura, subi: decerpe viretis  
 E superis lauros, venturæ germina siluæ,  
 Iucundam posthac factura infantibus vmbra.  
 Hinc nomen feret æternum; feret omnia Pacis  
 Cella triumphalis. Citharas post carmina festis  
 Suspendent pueri ramis; & mille theatra,  
 Mille dabunt scenas, spectacula mille. Penates  
 Intra virgineos facili Præsepia luce  
 (Materies nam lucis erit subiecta puellis)  
 Formabunt. Stipulam radijs, argenti Amoris  
 Luce artus fingent calidã, rorantia labra,  
 Os niueum. lux ipsa niuem constringet amantem,  
 Fœdere quam pariet dulci. Pro cantibus antri  
 Sidera substernent; crescentem in cornua Lunam  
 Pro cunis; mites iumenta que mitia flammæ  
 Afflabunt. æstu Leo qui perterret Olympum,  
 Ceu rude procumbet Puero pecus: æthere Taurus,  
 Aprilem qui cornu aperit, descendet ab alto  
 Pubis ad imperium; latos qui cernuus armos,  
 Et caput acclinans, trepido se poplite flectet.

Vagitum infantis simulabitis, astra, canoris  
 Motibus. At senior qua luce micabit Ioseph  
 Ante Deum? qua Virgo parens? Hâc arte magistrâ,  
 Et Phœbi, & Phœbès radijs, omnique nitorum  
 Flore colorabunt: depingent floribus ora.  
 Deficiet lux ipsa sibi; dum verticis aurum,  
 Malarumque rosas, variosque ornabit amictus.  
 Verrer Syrma solum, lambunt ceu fulgura nubem:  
 Candida sed niuibus fluet æmula palla per artus.  
 Cætera quid memorem? Pastorum turba precatum  
 Lumine diues erit, cultu sub paupere: vestes  
 Nubis erunt instar, Solis quam fulgura frangunt,  
 Atq; magis lacerando ornant. rutilantibus Hædos  
 Gestabunt manibus, quos fabula sacrat Olympo,  
 Æquora claudentes. Humero famulante, capellam,  
 Non quæ lacte Iouem mendaci pavit; at astum  
 Vellere candidulo Pueri ad cunabula ponent.  
 Prætorea nigris Oriens quos misit ab oris,  
 Thus, aurum, myrrhâmque alacres, & corda ferêtes,  
 Deposito intrantes fastu stabula obuia Reges  
 Lumine constabunt; crinitaque stella beatum,  
 Mota tholo, monstrabit iter. Sola agmina Diuûm,  
 Qui circum excurrant, feriant excursibus auras,  
 Atque Dei iungant varias super antra choreas,  
 Haud pueri artifices condent. ipsi atria pupi  
 Complebunt, more Aligerûm; niueasque phalâges  
 Moribus & vultu referent. Puerilibus alas  
 Aptabunt humeris: cursus per inane, recursusque,  
 Instructi ordinibus, pennâ crepitante, mouebunt.  
 Sic Natalitiæ redeunt dum gaudia Lucis,  
 Pârva sigilla puer, nati simulacra Tonantis,  
 Argillâ composita, domo disponit; & omnes

rorum præse-  
 pia cum pu-  
 pis fingent è  
 luce. Leo, cali  
 signum, fiet  
 asellus in præ  
 sepio, iaurus  
 bos.

Cantus edere  
 astra, sicut m-  
 uenitur, puta-  
 runt Eryth.

Ioseph, et Ma-  
 ria in præsep-  
 Pastores.

Hædi signa-  
 caelestia. Colu-  
 mell. l. 2. c. 2.

Capella, que  
 Iouem aluit,  
 inter astra,  
 locata fuit.

Plin. l. 16. c. 81.  
 Magi in præ  
 sepio.

Angelorum  
 Dei gloriam  
 canentium in  
 præsepio nul-  
 la erunt sigil-  
 la constata,  
 nam ipsi pue-  
 ri pro angelis  
 erunt.

Conuocat æquænos, imitatus grandia paruis,  
 Ætheris & lucem speculis, lychnisque remotis;  
 Sed tamen aspectu, & clarâ fallentibus umbrâ  
 Sic pueri cælo extorres, cælestia ficcis  
 Gaudia libabunt labris in imagine cæli.

Lætitiâ è lacrymis etiam, scenâque doloris  
 Lallantes auidè fugent; vexilla videbunt  
 Dum laceri depicta Dei, prius abdita menti,  
 Nunc obiecta oculis hilaris fomenta doloris.  
 Scilicet hoc nostro simulacrum vertice pendens  
 Numinis extincti, gremio quod continet Ædes  
 Virginis, in cineres cum toto corruet Orbe.  
 Sole sed exustum, renouatum Sole, resurget:

Deletos ducet solari è luce colores:  
 Præferet & stellas quino pro vulnere membris,  
 Solamen pueris humanum, pompæque Mundi.  
 Hoc dum suspicient: Quis flumina clausit amoris?  
 Clamabunt dulci questu? cur lympha salutis  
 Aruit heu pueris, terras si proluit omnes?  
 Crudelis genitor, crudelis tu quoque mater!  
 Aut saltem mors crudelis, quæ funere merfit,  
 Ne mergamur aquis, Cælique salubribus undis.  
 Viuimus, & morimur: rapimur, dum infida tenemus  
 Littora: sic vitæ miseri deludimur umbrâ.

Umbrâ delusi vitæ, viuamus ad umbram  
 Numinis ah saltem cruciati! lambere profit,  
 Si quid adest reliqui per membra decora cruoris.  
 Care cruor, gemmate cruor, cur nostra relinquas  
 Arida labra? Dei, puerum vos vbera, plagæ:  
 Lac date: diuino pendemus ab vbere nati.

Questibus his ad signa fluent, pectusque tenellis  
 Numinis astringent vlnis. ille oscula clauis,

Hic

*Sentire aliquam tristitiam de Iustitia, & beatitudine amissa docent Abul.*

*Matth. 25. q. 662. Sop. in d. de nat. et gra. c. 14.*

*Imaginem Christi cruci affixi à Sole combustæ, & ab eodem luce refectam in S. Domo dum aspiciunt, memores salutis amissæ dulciter plorabunt, & pœt.*

*Infelices quia è vita subito abrepti.*

Hic manibus figit, trahiturque dolore voluptas .  
 Sic puerum Cæsar, quem gratia, sanguis, & ætas  
 Fecerat illicium cordis; sed funus acerbum  
 Prefferat, expressum, viuumque colore, gerebat  
 Ante oculos: longas solatus imagine curas,  
 Oscula casta dabat, ludens errore dolorem .

At pueris quis sensus erit, cum signa Parentis  
 Fumida Virgineæ cernent? Quid lucida, dicent.  
 Ora tegis? nostris color hic est concolor umbris,  
 Quos primæua lues è vultu Numinis arcet,  
 Atque tuo. Deterge oris cælestia, Virgo,  
 Fulgura. Si matres, quæ nos in luminis auras  
 Emisere, latent; natos tu, Diua, latebis?  
 Ne lateas. tu Mater eris pro matribus vna  
 Omnibus. hoc gremio læti potiemur Olympo,  
 In Cælum quem sola Dei præsentia vertit.  
 O Genitrix, tua nunc soboles pendemus ab vlnis,  
 Fortunati omnes, si nos hac Sede tueris,  
 Qua fortunauit te Populus ille tuendo,  
 Qui beat aspectu. deerit nec gratia facti.  
 Nunc etiam tibi mille tholum funalia circum  
 Cereæ lucebunt. puerum tibi cereus ardor,  
 Vitaque pro facibus, niueis ardebit in aris .

Vocibus his pia turba manus miscebit; & auro  
 Luminis, effingent in vertice Virginis astra.  
 Subiicient pedibus Lunæ simulacra curulis:  
 Sole coronabunt pectus. Qui labitur Anguis  
 Per geminas Arctos, vigili reuolutus ab Axe,  
 Orbe cadente, volutabit rutilantia terga  
 Virginis ante pedes; puerisque trahentibus, Ædi  
 Nazareæ illatus, pressusque à Virgine, fletus  
 Extrahet à pueris pro fluminis imbre vibrati .

Nam

*Duo infantes  
 rapti, quorum  
 vnus insigni  
 festiuitate. cui  
 ius effigiæ ha-  
 bitu Cupidinis  
 Liuia dedica-  
 uit: Augustus  
 in cubiculo  
 suo positam  
 quotiescumq;  
 introiret, ex-  
 oculabatur  
 Suet. in Cal.  
 Subnigrum  
 B. Virginis  
 in Laur. Cel-  
 la simulacrū  
 spectabant  
 pueri nō sine  
 luctu, quod e-  
 ius aperto  
 vultu perfrui  
 non possint in  
 celo.*

*Signum ma-  
 gnū quod ap-  
 paruit in ca-  
 lo. Ap. 12. pue-  
 ri ea potesta-  
 te, quæ gerent  
 in corpora lu-  
 minosa, in si-  
 mulacro Vir-  
 Lauretane  
 representa-  
 bunt.*

*Aspectus anguis erit red-  
 cet in menti  
 primam origi-  
 nis culpam,  
 qua fuerit a  
 Dracone af-  
 frati, & qua,  
 calcato Dra-  
 cone, Virgo  
 deuicerat.  
 Gabriel pue-  
 ros solatur.  
 Hæc no Fide  
 scient, nec ul-  
 la certa noti-  
 tia.  
 Regnum pue-  
 rorū erit Lau-  
 reana Do-  
 mus.  
 Gabrielis va-  
 ticinus cātus.  
 Roma lauda-  
 tur eo quod  
 Piceni Domi-  
 na sit.  
 Prouincia,  
 quas olim sub  
 se habu i un-  
 tiqua Roma.  
 ex Iusto Lip-  
 sio l. de magn  
 Rom.*

Nam primi memores ab origine criminis, atro  
 Anguis ab aspectu, quem cæcula colla tumentem  
 Calcavit Regina parens: Proh nostra, querentur  
 Sors inimica! lues in nos ebullit anguis;  
 Vlla nec afflato facta est medicina veneno.

Te iugulasse tamen latamur, Diua, Draconem,  
 Non penitus miseri, victum quia ludimus hostem.

At non hæc Fidei cernent ad lampada: lumen  
 Sed dubium pueris infundet opinio, noctis

Filia. non illos ornabit gratia; nullis  
 Augescent meritis; sed fama docebit, adultos

Quæ docuit diuina Fides, quam Gratiâ dulci  
 Alligat amplexu, Pietas cui sola per umbras

Lumine diuino præluceat, & abdita pandit.

Nunc age, quæ maculâ referens ab origine inultâ  
 Regna colis, pubes, inamœna, repostaque tesqua,  
 Pro matrum mammis spem fortis sage futuræ.

Italiæ Superi tua Regna locamus in agris,  
 Sæpius Aligeri, visuri hæc Atria Cæli,

Te quoque visemus, labentes Æthere: vultu  
 Lusibus, & nostro solabimur ore dolores.

Haud aliter Gabriel recolens ventura canebat,  
 Erige te cælo par Itala terra: superbum

Tolle caput: sublimem animum submitte Tonati,  
 Urbibus innumeris, & regnis exue frontem

Roma coronatam, pro Regnis omnibus vnâ  
 Crinibus augustis diuinam imponimus Ædem.

Vnica Picenum Prouincia pluribus æqua est  
 Imperijs: illi nam Colchis, Iberia, Pontus,

Armenia, & multis Albania dissita linguis,  
 Sex & viginti regnataque Regibus; omnis

Africa, castellis quæ frontem Europa coronat,



Bosphorus, Annibalis Bithynia magna sepulchrum,  
 Cappadoces, Cilices, Galathæ, populique Cyrenes  
 Lydia cum Numidis, Getulia nescia legum,  
 Atque umbrata suis semper Pamphylia siluis,  
 Illyrium, Macedum regio, coniunctaque ripis  
 Dacia Danubij, Germania, Mæsia, Pontus,  
 Græciaque, Epirus, secundaque Thracia bellis,  
 Infecunda aruis, patiens Hispania Martis,  
 Gallia belligero quæ feruet ab igne, parensque  
 Italia Heroum; quidquid generosa subegit  
 Roma olim ferro, vel amoris fortior armis,  
 Piceno cedit. Cedunt cui cætera, Roma  
 Huic quoque se subdit, Mundi Regina subacti.

Filia sed matris decus est. Sit filia Romæ  
 Hæc habitata Deo & Superis Prouincia; regnat,  
 Romaque cum Regnis amplectitur omnibus Orbem.  
 Vna fodina Domus Regnorum, venaque Regum,  
 Quam Rex incoluit Regum, Reginaque Diuum.

At vos, æternæ proles pulcherrima mentis,  
 Ingenij sed alumnæ hominum, concordibus, Artes,  
 Huc properate animis, iunctisque laboribus Ædem  
 Artifici decorate manu. Tu Numinis Orbem  
 Æmula fundantis, Templumque locantis Olympi,  
 Aude opus, & donis opulentum, & nomine Diuæ.  
 Templum conde, Lares quod Virginis ambiat vlnis,  
 Ditis & impositum capiti, sub mole furentis,  
 Terreat immensis nigra Tartara fundamentis.

Sit sedes formæ miranda tricorporis. ære  
 Ianua suspensò triplex gemat: æraque signis  
 Spirent innumeris, artis portenta perennis.  
 Alba Paros faciem, consumptis montibus, ornet,  
 Culta manu artificis, ductuque cohæreat vno.

N N Iſtria

*Picenu effe  
 Roma nobi-  
 lius, nisi effe  
 Roma mater  
 & regina Pi-  
 ceni.*

*S. Cella fodi-  
 na Regnoru,  
 & Regum.  
 Gabriel præ-  
 dicit artes om-  
 nes in ornada*

*Laur. Domo  
 cõspiraturas.  
 Architeſtura  
 ad opus Tẽpli  
 euocat.*

*S. Domus Tẽ-  
 plo circumda-  
 ta. Turf. l. 1.  
 c. 18.*

*Templi fores.  
 Facies.*

*Gradus.*

Istria conspiret, Templi mage turgida vultu,  
Natio quam celsa iugo. Suffulta superbis  
Limina stēt gradibus, quibus Orbis inheret omnis,  
Dum molles aditus per subdita marmora quærit.

*Pars interior*

Interior spatio se proferat area magno,  
Hinc inde extructis extendens brachia muris  
Ædis in amplexum, quam circumplectitur; arcet  
Anulus ut gemmam; cælestis ut orbita Solem.  
Stent circum immanes niueo sub fornice pilæ,  
Fulta quibus testudo ingens, cameræque minores  
Ad latus immineant, alis umbrantibus aras.  
Summa ibi se moles cælo inserat, astraque pulser  
Sublimi conuexa iugo, laxata per auras,  
In medium porrecta globum, turrिताque surgat.  
Hinc coëat tholus exiguus, paruoque superstant  
Vertice, quo lumen vitrea de nube refundat  
Vicinâ ebibitum Solis de luce. Lucernam  
Dum peregrina tholi prospectat turba minoris,  
Quæ maiore patet procul è testudine Templi,  
Flexa genu, venerata Pharum, speculamque salutis,  
Primas inde faces è Virginitis hauriat Æde,  
Prima tributa ferat lacrymarum: incendia discat  
Iam vicina pati, flammisque assuescat Amoris.

*Lauretana  
Cella intra  
Templum in-  
clusa.**Hemisphæriæ  
vulgò cuppo-  
la.**Laterna.*

Aude opus, ò Pictura: tholum, qui testâ coronat  
Virginitis, in superos mutare coloribus arcus  
Incipe. Qui Mundi Paulus dominabitur aulâ,  
Grande opus incipiet, tē iussa sequente. Laborem,  
Et molem abruptam fatis tu, Iule, resames,  
Inter bella memor pacis, vitamque regentis  
Virginitis & Regnum, Martis dum turbine pendet.  
Pinge tholo Superūm ludos. Volet ille: sistentes  
Vngue fides secet arguto: clangore tubarum

*Pictura.**Paulus II.**opus orditur.**Tursi &c.**Iulius II. ab**solvit, ab ictho**eneæ glandis**à Laur Vir-**gine liberat<sup>o</sup>.**Idē l. 2. c. II.*

Per-

Personet alter, & erumpat sine murmure murmur  
 Auribus illudens, oculisque: huic pendeat ore  
 Musica vox; musset cœlestia carmina labro.  
 Aëris ille plagas citus ambiat: ille phalanges  
 Ducat, & in gyrum iubeat discedere gyros.  
 Ridenti similis, sua gaudia verset in orbem:  
 Agmina Diuorum volet inter, & inde recursum  
 Deuolet illustri, sinuetque voluminae flammæ.  
 Tu maiora moue, mentemque intende, manumque,  
**Cælatura**. Decet prope Virginis atria, Vitam  
 Quæ genuit, lapides animari, viuere cautes.  
 Exhaustire suos gestit Carraria montes,  
 Lætitiâque micant rupes, ferrumque morantur  
 Vulneraque; vt multam ducant per vulnera vitam;  
 Vt manibus rediuiua tuis vel saxa loquantur,  
 Virginis & patrio celebrent candore pudorem.  
 Ergo age quadratâ muros amplectere mole,  
 Diuersis aduecta plagis cui saxa decoras  
 Affigant maculas, auro illita Iberia mittat,  
 Lesbos nigra, Phryges rubicunda cruore, Carystos  
 Formosis variata notis, crispata Canopus,  
 Pulchra virore Lacon, Tyros æmula muricis, igne  
 Thebais innocuo flagrantia. Marmore ludunt  
 Cælum, terra, æquor, variisque coloribus arua.  
 Sepiat ima locum Luculli è marmore circum  
 Fascia; multiplices distinguant signa columnæ.  
 Arte Corythiacâ, stria, spira, parastata surgat  
 Inde ad epistylum: niueo se margine claudant  
 Signa minora; extent columellis insita paruis.  
 Promineant niueo Virtutum symbola saxo,  
 Quæ posuere suas in Limine Virginis aulas.  
 Magnis subter opus simulacris turgeat, ingens

*Clemēte VII.*  
*Pont. Templo*  
*fastigium cū*  
*tholo imposi-*  
*tum Id.*  
*Sculptura.*  
*Paulus III.*  
*cælaturæ opus,*  
*quo S. Aedes*  
*undique ves-*  
*titur, a Iulio*  
*II destinatū*  
*a Leone X.*  
*inchoatū, esse*  
*etum a Clem.*  
*VII. ipse ape-*  
*ruit an. 1538*  
*Turs. l. 3. c. 6.*  
*Eius operis*  
*descriptio.*  
*Quadratum*  
*est ornament-*  
*um. Id. ibid.*

Exiguæ diadema Domus ; geminusque sit ordo.  
Stent oculis basibusque suis, & mœnia vallent ;  
Et quæ bisgeminus se colligit angulus, errent.  
Cruſta nitens lapidum circumliget aggere ſigna,  
Conſumatque omnes in ſe, quas excipit, umbras.

*Maiores SS.  
Vatum ſimul-  
lacræ Meſſiã  
deſcendentium  
in ſpeciem .*

*Ieremias præ  
deſiderio Ver-  
bi reparatoris  
illacrymans .  
Iſaias ; quem  
olim medium  
ſerra ſecuerat  
Sedecias .*

*Ezechiel .*

*Fili hominis  
co mede volu-  
mẽ iſtud etc.  
Ezechiel c. 3 .*

*Vidi li-  
brum ſignatũ  
ſigillis 7 . &  
vidi , & ecce  
agnum ſtan-  
tẽ . Dignus es  
D. mine acci-  
pere librũ , &  
aperire ſigna-  
cula . Apoc 5 .  
David , ut pro-  
pheta , & bel-  
lator inſcul-  
ptus , & Dei  
pueri hac in  
Domo figura .*

Infernè Vatum duces è marmore vultus .  
Ieremiæ concreta genis pia lacryma currat  
Labilis , & ſaxo non ſaxea ; fronte caduca  
Dum ſedet , haud ſedeat , præduraque molliter vndet .  
Et fallat ſculptura oculos , dum lumina fingit .  
Sic pupilla vocet ſimul arida , & humida Numen ,  
Ipſaque ſaxa gemant , iucundo languida luctu :  
Nec lapides hæc gutta cauet , quam parturit arte  
Obſterrice lapis . labra Vatis hiare dolentis ,  
Atque Deum raptare putes Genitricis in aluum :  
Nam Superis , Superũque facit vim lacryma Regi .

Quem ſecuit quondam feritas , in marmore lecto  
Spiret Iſaias non viuo è pectore vota ,  
Venturo calefacta Deo ; ſaxumque rigefcens  
Frigorẽ natiuo , diuino ferueat æſtu .

Scriptum lamentis , & lamentabile carmen  
Explicit è libro Ezechiel , quem corde vorauit ;  
Quemque hac ſignatum ſeptenis Æde ſigillis ,  
Agne , reſignatiſti , roſeã ſed ſanguine dextrã .  
Vel terris iterum dare nunc oracula credas ,  
Vera tamen lapides , animatos hoſpitem Verbo ;  
Aut Vates , longo verſos in ſaxa dolore ,  
Proque animo ſpe viuaces , mollire querelis  
Ora , vocaturos vitæ in diſcrimina Numen .

Hic puer , & Pueri David cæleſtis imago ,  
Et calamo , & linguã , dextrãque armatus inermi ,  
Efferat in ſcenam diuini facta Gigantis ,

*Infan-*

Infantisque simul. Caput exitiale Golia  
 Pro clypeo gerat impavidus; raptumque Tyranno  
 Intentet, rursus iugulo ferrum: ira minacis  
 Ignea scintillet frigenti è marmore: flammis  
 Ipsa rubere putes candentia saxa furoris.  
 Torqueat at prædo singultans ora; puelli  
 Seque manu excutiat, crinemque auellere tentet  
 Motus & immotus; saxoque simillimus albo.  
 Palleat, & maculet lapidoso sanguine rictus.  
 Nam lapidis tibi vena fuit quoque vena cruoris,  
 Barbare, viventi, Gorgon tibi; saxea quando  
 Corda geris, silicesque rigent pro sanguine venis.  
 Davidis signum signabit Numinis ausus;  
 Mòstrum informe Erebi dum Pupulus ense decori  
 Corporis, & fundâ, lapidisque volubilis icu  
 Affixitque solo victor, gladiumque Tyranni  
 Non Ephod, sed fascioli inuoluit, & istis  
 Postibus affixit. Victorem hæc saxa molarem  
 Mole suâ dum formabunt, Vatisque triumphum,  
 Lata triumphabunt victoris imagine saxi.  
 Vaticinæ, Vatum super extent signa, Sibyllæ;  
 Virgineusque chorus prope Virginis exubet Aula.  
 Pendeat è mutis Christi vox nuncia saxi,  
 Verius illa Deo credas radiante diserta,  
 Soluerit in voces radijs quàm Memnona Phœbus.  
 Conscia venturi sacras Cumæa cavernas,  
 Unde ruunt populis centeno è limine voces,  
 Posthabeat Laribus, quos verior implet Apollo.  
 Nec tumeant rabie fera corda; at pectus anhelet  
 Numinis afflatum radijs, mortale sonantis.  
 Quas Persis, Libyeque colunt, terra Itala, Tybur,  
 Hellespôtus, Erythra, Samos, Delphique, Phrygesq;

Caput Golie  
 manu præ-  
 fert.

Medea una è  
 Gorgonum  
 numero, aspi-  
 cientes verte-  
 bat in lapides  
 Accingere gla-  
 dio tuo, & spe-  
 cie tua, &c.

ps. 44.  
 Ecce hic gla-  
 dius Goliath,  
 est inuolutus  
 pallio post  
 Ephod. Regû  
 c. 21.

Alter supernè  
 signorû ordo  
 Sibyllarum  
 est, Christi  
 aut Deiparæ  
 Virginis or-  
 tum vaticinâ-  
 tum.

Statua Mem-  
 nonis tacta à  
 Sole vocalis  
 erat.

Omnes fatidicæ, niueis pro mœnibus astent.  
 Quâ Sol, occiduâ moriturus luce, fenestram  
 Ædiculæ ingreditur, postremaque munera lucis  
 Illius angustâ deponit lætus in Ara,  
 Virginis extabit simulacrum. Illa ebria sensu  
 Diuino, precibusque vacans, nexisque modestis  
 Ad pectus manibus, pandet cælestia votis  
 Limina. Sidereus patefacto ex Æthere ciuis,  
 Marmore formatus niueo, te, Diua, niuali  
 Fronte salutabit. referet lapis ipse Pudorem,  
 Atque humili formâ, sculptoque superbiet ore,  
 Nuncius hærebit libratis Aliger alis,  
 Atque recognoscet, quas lumine perluit, Ædes,  
 Rursus adoranti similis, similisque timenti.  
 Me reddet, sensusque meos, mea munera marmor,  
 Saxea ad aspectum terræ, mollissima semper  
 Ætheris ad visus diuina Modestia, saxo  
 Miris expressa illecebris effulgeat: afflet  
 Inde venustates, vel ab ipso marmore florens.  
 Quin etiam castis oculis accendat amorem,  
 Quo caleat lapis ipse; metum dum frigore monstrat,  
 Quo laudes pauet illa suas. è marmore pondus  
 Ducere diuinum vox Virginis ipsa putetur,  
 Qua Cælo Verbum non enarrabile ducit.  
 Haurit nascentem quâ Solem Cella, Canopi  
 Virgo terat peregrina vias; imitetur & Ædes  
 Ipsa peregrinas. Immoto è marmore gressus  
 Accelerare putes sine motu; hærentia laxa  
 Cum gradiente gradi, pedibusque micare citatis.  
 Mollescat violis tellus, & saxea vernet:  
 Alba herbis vireat: librent Diuûm agmina pennas  
 Virginis ante pedes; lapidesque volatibus errent

Dum

*In facie S.  
 Cella, que oc-  
 casum respi-  
 cit, est imago  
 B. Virginis  
 ab Angelo sa-  
 lutata.*

*In facie, que  
 prospiciit ori-  
 tem solem, est  
 imago Christi,  
 Deipara, Io-  
 sephi cum  
 asello in Ae-  
 gyptum iter  
 habentium.*

Dum Superos fingunt , cæli per inane volantes .  
 Fundere quæ stolidis labris iumenta querelas  
 Obstupuit tellus ; artis miracula , cernat  
 Rudere nunc cautes , & mutâ caute vocari  
 Vile pecus , montana petit dum ponderis expers ,  
 Oblitumque vorare vias , vorat arua , nec audit ,  
 Pabula dum carpit , Iosephum voce monentem .  
 Artificis portenta manus hæc signa , Corynthis  
 Desuper exornent insignia . Mordicus ore  
 Binæ aquilæ encarpas carpant , & germina florum ,  
 Er frugum restes . Sint his subiecta leonum  
 Rostra , feræ , Aligeri ; columellas , pomaque circum  
 Aduolitent , sertumque operi & fastigia ponant .

Æmula Naturæ diuinæ filia Mentis ,  
 Viuacisque parens populi sine munere vitæ ,  
 Quæque animo , nō ventre paris ; ferroq ; quod hostes  
 Exanimat , lapides animas , Sculptura ; Leonis  
 Te monet imperium : stimulat manus aurea ferrum .  
 Tundes retunde : Domo non mœnia condis , at Orbi ,  
 Omnibus & Superis . Laribus noua limina pande .

Turba perit , turbis compressa prementibus : vnus  
 Non satis est aditus , dum confluit Orbis in vnum .  
 Sed quid ego audaces propria in discrimina dextras  
 Infero . Torpescunt sacros ferientia muros  
 Brachia : percurrit gelidus morientia sanguis  
 Membrā : rigent oculi : tacitâ formidine crinis  
 Subrigitur , palmæque cadunt . fugit inde volutus  
 Malleus , officiumque timet . Iam spiritus artus  
 Deserit , horrificatque genas , vocemque , coloremq ;  
 Omniaque extincto similis . Sed rursus ad ausus ,  
 Non ramen audacter , te subrige . frangere muros  
 Sola potest Pietas , quæ mœnia pandit Olympi

*Dixit afina  
 nonne animal  
 tuū sum, &c.  
 Num. 22.*

*Sculptura  
 taus.  
 Leo X.  
 Totus Orbis  
 confluit in  
 S. Domum,  
 ideoque noui  
 aditus in illa  
 aperiendi .  
 Neruccius  
 Architectus  
 sacros parietes  
 perfodere  
 ausus diuinitus  
 exanimatus  
 Turs. in  
 H. Lau. l. 2.  
 c. 23.*

*Neruccius au-  
daciã incu-  
sat, veniã ex-  
poscit, agritu-  
dinẽ lenatur.  
Ibid.*

*Clem. VII.  
monet, ut pa-  
rietes perfo-  
diat non iam  
mallo quam  
ieiunio, & ve-  
neratione Vir-  
ginis armatº.*

*Inuentus est  
adolescens, qui  
authoritate*

*Ponificis fre-  
tus rem au-  
deret. Ibid.*

*Ianus ape-  
riunt tres. In  
apertos aditº  
cõstit Italia  
cum donis.*

*Dux Attria  
bina Angelo-  
rũ simulacra  
donat, quæ ar-  
dentes cereos  
perpetuò præ-  
ferrent. Iusf.  
l. 5. c. 8.*

*Catharina  
Medicæ Frã-  
ciæ Regina,  
ac Regũ ma-  
ter lychnũ ar-  
genicũ, & pò-  
dere, & anti-*

Et rigidas adamante fores . Audacia Cælum  
Nulla , Giganteis licet arcibus ardua , tangit .  
Sidera , non lapides violasti : pallor ab astris  
Et venit cinis iste , tuo qui spargitur oria  
Tunde prius precibus Cælum ; sic mœnia tundes  
Virginis : armabis ferri dum cuspide dextram ;  
Fortius imperio Clementis , pectus obarma .  
Astra licet sint saxa ; iubet , qui præcipit astris .  
Æthereis stellas potis es diuellere muris  
Illius imperio . Sic est . Ad pristina vires  
Iam redeunt , iussisque suis exanguia Clemens  
Roborat artificis moribundi pectora . Cedunt  
Ictibus eunsi lapides ; Diuque Penates  
Excipiunt triplici venientem limine Mundum .  
Dona fluunt Populique . Propinquior Ædibus aras  
Occupat Italia . Aligerũ simulacra perenni  
Dux dicat Atrensis flammaram luce . Superbum  
Lumine perpetuo Catharina puerpera Regum  
Fornice suspendit lychnum ; Laribusque Tonantis  
Accendit stellam , Soles quæ fertilis aluo  
Fuderat . Huic alium , Superi quem vertice gestant,  
Præduntque manu querũ , duplicemque nitore  
Ex auto iaciunt & flammã , Marchio iungit  
Robureus . Multo rutilans adamante monile ,  
Armillas auro læues , rigidasque pyropis  
Dux Clinix donat , Patrum , Regumque Senatus,  
Gregorius Regum Princeps , quibus inclyta Roma  
Submittit regale caput , caelestia donis  
Tecta replet . Phrygias largitur Mantua vestes ,  
Candelabrã , cruces . Illusa ciboria gemmis  
Parthenope Ducis Aligerũ in tentoria vertit ;  
Triticeã sub veste latens , qui bellica in aris



Castra locat Fidei . Panis Gedeonis in hostes  
 Sic olim irrupit , gladius ceu mortis ; at idem  
 Castrum erat Ifacidis , Victori currus honoris .  
 Cum Genua Urbium , fortisque Sabaudia pronis  
 Voluuntur genibus , certantque imponere dona  
 Virginis in dextra . Veniunt castella quotannis  
 Picenique vrbes : sacras longo ordine pompas  
 Inducunt , facilesque ferunt diademata , signis  
 Pulchra laboratis ; quæ , stellis æmula , cingant  
 Hospitæ adoratæ frontem , argentumque maritent  
 Inde suum tutilis gemmis , auroque comarum .  
 Lychnum , qui magno fridens in pondere pendet,  
 Perpetuosque iacit prope Virginis ora nitores ,  
 Prodigæ diuitijs , Pietatis & ignea votis ,  
 Obtulit Adriaci clarissima Sponsa Profundi ;  
 Eius & oblato Virtus in lumine claret .

Auratos vident vt calices Epidauria defert  
 Ad sacra Tecta ratis , placidâque allabitur aurâ ?  
 Scilicet in medio dum substitit æquore , vento  
 Deficiente , marisque vndis deuincta dolosis ,  
 Euolat ad prædam , pitatis ducta , triremis .  
 Circumstant : tormenta , faeces , glandesque , necesque  
 Ignito pariunt vtero . Iam ferrea mordent  
 Rostra , tenentque . parat nauis piratica nexus ,  
 Hostilem subitura ratem . tamen illa resistit  
 Nō face , sed precibus . calicem tibi , Virgo , vouemus ;  
 Atque tuâ pro voto , inquit , cor ponimus arâ .  
 Protinus exoriens caligo inuoluit Olympum :  
 Se tenebræ intendunt : rapitur raptoribus æther :  
 Ingruit horror aquis . Epidauros protegit vmbra  
 Pro clypeis , pro mille viris , & classibus . æquor ,  
 Præda , hostis , cælum , lux frustra queritur . Antris

*ficio insignem  
 donum misit  
 cum dote , ut  
 perpetuo lu-  
 ceret Idem  
 l. 5. c. 14.*

*Piceni quotan-  
 nis argenteas  
 coronas soliti  
 ferre, usque  
 ad septenas,  
 plerique argē-  
 tea vrbiti. Et  
 castellorum  
 simulacra.*

*Epidauria  
 nauis è man-  
 bus piratarū  
 miraculo eri-  
 pitur, vouen-  
 tibus nauis  
 egregium cali-  
 cē Aedi Laur.  
 Donū Turf.  
 l. 5. c. 101.*

*Incubans mæ-  
 ri quadam  
 subito nox  
 barbaris pro-  
 spectum abstu-  
 lit, & iniecit  
 nebulam af-  
 fians auram  
 onerariā Lau-  
 retum impu-  
 lit.*

*Se Virginem  
vocatbat.*

*Ab Anglis  
queritur: la-  
tet in sētina;  
est ante oculo-*

*los, & non vi-  
detur. dimit-  
titur nauis.  
in alijs præ-*

*dones incidit.  
inuenitur, &  
irahitur: sed*

*dum extra-  
hant, repente  
capti oculis  
errare cœpe-*

*runt. Tandē  
ira Dei con-  
terri: i captā  
onerariam di-*

*mittit. Turf.  
l. 5. c. 15.*

*Gallie dona.  
Henricus III  
dono mittit*

*scyphū ē gēna  
excavata, oper-  
culū crystal-*

*linum, & gē-  
meum, in sū-  
mo operculo  
angelū aureū  
cum lilio adā*

*manino pro  
impetranda  
prole. Turf.  
l. 5. c. 4.*

Cerberus haud aliter Stygijs, nebulâque sepultus,  
Obscœna latrante fame, latrat ore trifauci,

Quærit & in media Ditis caligine prædam.

Soluitur interea nauis formidine & vndis,

Votaque persoluit pro vita, iu Limine Vitæ.

Elisabetha Erebi virgo, multisque Britannis

Iuncta procis, thalamoque omni Regina iugalis,

Et noua Tænareo Proserpina nupta marito,

I: sequere Edmudum pelago, terrâque: latebit.

Mitte Dacas, classemque arma prædonis in hoste:

Sole tuo tegitur, Virgo: & de Sole tenebras

Spargit in hostiles acies. Hinc lumina noctem

Luce vel in media palpant; captiuæque puppis

Hostibus elusis, ventis impulsa secundis,

Lauretum appropereat, cumulatque altaria donis.

Gallia rumpe moras: Ganges, Pactolus, Hydaspes

Sit Liger, & Rhodanus, Mosa sit cum Matriona: in

Virginis auratis exundent fluctibus amnes. (Ædes

Pernia iam fluuijs sunt ostia: currite riu:

Aggeribus ruptis pia munera fundite Reges.

Porrigit augustâ Sapphirina pocula dextrâ

Tertius Henricus, crater spumare beato

Nectare Cœlitæum posset. pes sternitur auro;

Tornat crystallus crateris opercula, gemmis

Quæ distincta bibunt lucem: supereminet alis

Aliger, atque insigne manu fert Lilia Regni,

Lilia, quæ niueis folijs pro Rege virilem

Pro Regno à niuea deposcunt Virgine prolem.

Regia Gioiosa sequitur vestigia Princeps.

Non semel infusis opibus penè obruit arcam,

Nobilis ex illa mendicus Sede recedens.

Octo dies postquam dulces absumpsit in ætus,

Exhaustus lacrymis & corde, sed auctus amore,  
 Ingeminum sidus, geminam radiare lucernam  
 Iussit inextinctis facibus. Sic astra perenni  
 Luce micant, quæ succendit Sol aureus ore  
 Numinis in Téplo. Tépulum nam Terra, quod astra  
 In Fidei nebula, ceu sacros explicat ignes.  
 Hæc auri fuit appendix: pretiosior auro  
 Sed fuit appendix fixam cor Principis aræ.  
 Surge opus in cælum; cælumque imitare, quod ardet  
 Aligerùm flammis animatis. namque Tonanti  
 Hoc sine nube patet Templum, penetrabile repostum;  
 Ingens, immensum, Superùmque in lumine fulgens.  
 Aligerùm duo signa, nouâ viuientia luce,  
 Reginæ Aligerùm sacrat Pernonius: ignis,  
 Quem cerâ renouat, semperque refeminat, index  
 Dum micat obsequij, Pietatis nunciat ignes.  
 Hic iter ad Regem dum torquet, & auia tentat  
 Per cautes & saxa; viâ stimulumque perosus  
 Iactat herum sonipes: sese erigit: excutit armos;  
 Perque abrupta pedes glomerat, dominoque minatur;  
 Insultatque solo; callesque aditusque malignos  
 Impatiens calcaris, adit. De rupibus altis  
 In præceps agitur Pernonius, inde feretro  
 Aptior & tumulo, quam lecto, erectus, amicos  
 Deicit in luctum. Caligant morte propinquâ  
 Lumina: postremus labris super halitus errat,  
 Mors turpata comas in puluere, sponte caducunt  
 Tollit equum: super incendit, stimulatque iacentis  
 Vt terat vngue genas, atro pallore rigentes.  
 Pernonus sub mole gemit: premit illa gementem:  
 Quadrupedante quatit terram, refoditque sepulchrû.  
 Vita fugit; Gioiosa, necem miseratus amici,

*Dux Pernonius ab equo de altissima rupe agitur in præceps. pro marius dum habetur Henricus Rex & Gioiosa Laur. Virg. opem implorant: surgit incolam. binos solido ex argento Angelos cubitales cum accensis perpetuo cereis dicat. Turf. l. 5. c. 5.*

Implorat mortis Dominam Vitæque Parentem .  
 Vita rēdit ; redeunt vires , sonipesque refurgit ,  
 Excudit atque Necem dorso , dominumque requirit .  
 Allenat ille oculos , extinetaque gaudia vultus  
 Sole animat , niueo promit quem pectore Virgo ,  
 Iamque suos agnoscit eques . Pro luce reuisâ  
 Fabricat Aligerûm simulacra vibrantia lucem .

Gallia fert iterum regalia munera . Regem  
 Exprimit argento puerum , quem fascia voluit ,  
 Quæ dum crescet , erit bellantis balteus , hostis  
 Et debellati vinculum fatale . micabit  
 Moribus ingenuis , animoque argenteus : auro  
 Se maiestatis , dum lumine candet amoris ,  
 Dives inaurabit meritum : hoc ferrea tela  
 Æratasque hastas argento franget & auro .  
 Magna precum soboles , Sol ortus ab imbre dolorû ,  
 Dextellâ in clypeos reptabit : matris inertem  
 Pensabit factis vterum , innumerisque triumphis .  
 Ne partus damnate moram : mora longa gigantes  
 Prole vna multos pariet tibi , Gallia , Reges .  
 Hanc tu stringe sinu , stringet quæ colla catenis  
 Hæresis indomitæ , Thracesque in vincula mittet .  
 Impleuit Cæli , Patriæ , Genitricis , & Orbis  
 Vota Ludouicus . Cunas iam linquere cerno ,  
 Milleque regali solio subternere monstra .  
 Scilicet ille pio lactatus lacte Pudoris  
 Virginis è mammis presso , quæ proterit omnes  
 Hæresis anguiferæ colubros , premit omnia monstra ,  
 Hæresis vberibus , Furiarumque alta venenis .  
 Indolis Ætheræ Rex est , generatus Olympi  
 Auspicijs , iususque graues & gaudia torua  
 Fomit adhuc infans , captavit & oscula vultu ,

Quo lepor & grauitas ludebant seria, dextram  
Vix è fasciis eduxit; & astra serenus  
Voce salutauit dubiâ, manibusque solutis.  
Visa Patris Pietas rediuiua in prole, serentem  
Grata venena venustatem, qua scæmina floret,  
Lilia ne visu corrumpere, ore fugaci  
Vidit, & inde oculos cælesti Virgine pauit,  
Vnde Pudicitia bona femina duxit & annos.  
Quis lepor in verbis facile furantibus aures,  
Et lacrymas, & corda? Pudor quis corde? rubere  
Hoc prius edidit, roseo quàm muricis ostro.  
In se regna prius gessit, quàm scepra teneret.  
Corde rudimentum posuit, dum crimina pressit;  
Quæ sic odit, vt ambitio regna omnia votis  
Deperit atque vorat. Regno Ludouicus auito  
Cederet & vitâ mendicus & exul; Auerno  
Si scelus immissum sibi pestem afflare pudendam  
Crederet. Imperium putat esse vbi crimina, Regum  
Ad solium, pressâ sternuntur fronte. per istos  
Ille gradus super alta gradus fastigia mouit,  
Composuitque Deum folio, pedibusque Tonantis  
Subditus ille iacet, regnatque, iugumque decorum  
Diuinæ legis pro ferto in fronte locauit.  
Hinc Iuuenis fortuna, faces in lumine Regni  
Bellorum primo cernens non horruit: vtrò  
Prodiit in campum Pietate insignis & armis,  
Terribilisque vtroque rogo: nam Cypridis ignem  
Qui non sensit adhuc, integros pectoris æstus  
Hostis in excidium portat, populique salutem.

## ITER LAVRETANAE DOMVS

## LIBER XXV.

## ARGVMENTVM.

*Gabriel dona canit à Casimiro Polonia Rege Virgini oblata, & huic repensas à Virg. pro vice victorias. Hos inter cantus missi Pueri caeles. in hortos laurinae siluae surculos deferunt, & infodiunt sub S. Domo, adhuc in aëre pendente. Huius ultimam stationem visura B. Virgo, Septempeda sedet in monte cum choro Picenorum Sanctorum: aliamque vberiore Diuorum sobolem Prouincia, suae Domus hospita, pollicetur.*

*Germania in apertas innuas dona ingerit.*

*Ferdinandi IV. votiuum simulacrum à parente oblatum, quem nuper coronatū Romanorum in Regem eripuit acerba mors.*

*Margarita Austriaca cor offert argenteum magni ponderis.*

*Item Ioanna Austriaca suū & mariti cor Deipare dedit ex argento.*

**T**V quoque submissas, Germania, postibus infer  
 Victrices Aquilas, posito quæ fulmine Martis  
 Aurea ab auratis profundant munera pennis.  
 Ferdinandus erit munus caeleste Tonantis,  
 Patris, Auique refert qui nomina; Patris, Auique  
 Ast animo reddit mores, atque inclyta facta.  
 Hunc, Genitor, tu redde Deo, cui munera vitæ,  
 Cui te, cui sobolem, cui palmas, Regnaque debes.  
 Accipiet Romæ Regnum; regalis, Olympi  
 Victima vt occumbat, Virtutum cincta corollis.  
 Hanc Superūm Regi, natorum Mysta, dicabis,  
 Qui tibi, qui natis Regnum immortale laborat.  
 Austriaca Austriacos imitatur Margaritæ: offert  
 Cor cum corde tibi, Virgo. Ioanna mariti  
 Exprimit argento niueum cor. Virgine viuunt  
 Austriaci; niueique animo, dant candida corda.  
 Cor pro corde suum Genitrix diuina rependit,

Ger-

Germanosque, mouent donis dum prælia, donis  
 Obruit, & vincit dextrâ, qua profluit Æther.  
 Vis è corde fluit. quales in prælia vires  
 Teutones elicient, quibus est pro corde Virago?

Robore cælesti vident vt firmata Iacobus  
 Virginis in munus protendit brachia? Plumbo  
 Hæc fuerant traiecta graui, dum bella tumultus  
 Ciuicus accendit, cæcâque vagatur Erynni.  
 Mœstus, acerba fremens lethali Marchio glande,  
 Dum dolor infixo stridet sub vulnere, voces  
 Pro manibus leuat in cælum, Dominæque potenti  
 Supplicat. Illa armis & donis brachia donat  
 Libera. Sustollit concham redeuntibus vlnis,  
 Arte bipartitam mirâ, pars icone Diuæ,  
 Pars bellatoris, Colubri surgentis in artus  
 Vulnere terrifico, splendet: Susannaque lymphis  
 Emicat in vitreis; inage sed crystallina fulget  
 Luce pudicitix. gemmascunt omnia, pixis,  
 Signa, Draco, pugnantis equus, ferientis & hasta.  
 Vlnas ipsa viro quæ reddidit, excipit vlnis  
 Virgo Ducem, cumulatque bonis. se nocte videndâ  
 Obtulit aspectu, quo sidera celat, & auget  
 Immortale decus Superstîm: manicisque doloris  
 Protinus ille manus nudauit, & extulit ambas  
 Matris in amplexum. Cecidisse Ancilia cælo  
 Credidit, induerent vt brachia robore Diuistîm.

Expulit vt noctem Princeps, regna omnia plausu  
 Virginis impleuit. Consanguinitate propinquum  
 Excitat ad laudes Guilelmum, ad munera. Calcar  
 Excipit ille, viamque capit. pertæsus & aulæ,  
 Et populi strepitus, penè incomitatus, in Aulam  
 Virginis ingreditur: turbis immixtus adorat

Gran-

*Iacobus Budę  
 Marchio ex  
 vulnere, quod  
 in Colonienſi  
 tumultu plu-  
 bea glande  
 reſus in bra-  
 chio acceperat  
 diuinitus per  
 ſanatur. Tær  
 l. 5. c. 6.*

*B. Virg. 3. fe-  
 re vigilia cæ-  
 dida in veſte  
 collucens ſe  
 illi offert in  
 quiete. bra-  
 chium manu  
 præbenſum  
 illico ſanat.  
 Id ibid.*

*Guilielmus Ba-  
 uariæ Dux,  
 Marchionis  
 Budenſis con-  
 ſobrini ſui va-  
 letudine legit  
 dona deſeri.  
 viuit per ali-  
 quot dies in  
 S. Cella ſolita-  
 rius, & igno-  
 rus. Id. ibid.*

*Donū ipsius,  
livellus ex au-  
ro fundo, qui  
ff. furiam di-  
quus qua-  
tuor veluti  
paginis gem-  
marū sigilla  
egregiasque  
imagines con-  
tinet.*

*Integumentū  
ex auro vni-  
versis gemmis  
Se. octo asit-  
mantur au-  
reorum milli-  
bus Id. ibid.  
Cælum liber,  
Icones Astræ.  
Donat etiam  
candelabrū  
argenteum pē-  
sile librarium  
So. cum 24.  
ramis totidē  
lychnos sustinē-  
tibus. Turf.  
Lus c. 7.*

*Cerci ardent  
hausto igne  
Bauari ducis  
ē corde.*

*Eius donum  
Christus ē se-  
pulchro adā-  
manibus, &  
pyropis collu-  
centie redimi-  
tus. Id. ibid.*

Grande solum, noctique diem, noctemque diei  
In Laris augusti amplexus atque oscula necit.  
Dum fastu posito decrescit, diues amore,  
Non capit ipse suos sensus & gaudia; peccius  
Non capit ipse suum, donis cælestibus auctum.  
Hæc ad dona sinus vt laxet, dona profundit,  
Sol quibus, & stellis descripta volumina cæli  
Insolitum iubar inuideant. Appendit ab ara  
Innumeris grauidum gemmis, auroque volumen.  
Pagina, quam vertis, gemmata sigilla recludit,  
Multiplicique oculos venatur imagine: ducit  
Gemma characteres: lux codicis atramentum est.  
Haud aliter librum Sol Ætheris, igne colorat,  
Scribaque diuini transcribit lumina vultus,  
Signaque mille suo stellata volumine fingit.  
Et decet his Laribus cæli compendia poni,  
Ætheris immensi qui sunt Breuiaria. Quæris  
Hac in sede Viam lactis, quæ candicat astris?  
Tolle oculos: candelabrum quod luce niuali  
Fulgurat argenti, ramisque extantibus inde  
Ter quater & totidem, nutritque, ac sustinet ignes,  
Est Bauari Solis Via lactea. pensile ab vnis  
Virginis ardescit cor Principis: ignibus ignes  
Suggestit ille suis, & in astra immutat amoris.  
Nec fatis. Vt Domini pretiosâ splendeat umbrâ  
Vrna sepulchralis, quam latè gloria vestit;  
Rex Superum vultū mitis, pariterque timendus  
Eminet in gemma, tumulo rediuius opaco,  
Victor, & insultans morti. flagrat urna pyropis,  
Atque adamantē. Domo gemmarū candor in vna  
Jungitur atque rubor; diuini candor Amoris  
Sanguine vbi rubuit, niuea de Virgine gemmans.

Sedi-



Sedibus è patrijs Dretestainius vrget  
 Nazareas iter in Sedes. hunc Roma moratur,  
 Præmia cui cumulat: Pietas sed præmia Romæ  
 Temporeque & pretio vicit: nam vestijt ostro  
 Ante suo Pietas quàm Roma. Exhaurit hic aurum,  
 Quidquid habet tibi, Virgo, sacrat, tibi prodigus vni.  
 Argento grauibus clathris altaria vallat.  
 Sed Mare virgineum vallo dum cingit, inundat  
 Illum diuitijs & honoribus aurea Virgo.

At quibus exundat, rursùm sua munera fundit  
 Illius in cultum. pelago sic missa, redonant  
 Flumina se pelago; reuolutaque rursus in arua,  
 In mare se voluunt. Patrijs in finibus Ædem  
 E Lauretana molitur imagine Princeps,  
 Atque oculis subicit, fabricatum pectore, Téplum.

Flandria, quæ semper lacerata atque integra viuit  
 Turbine bellorum, donis se miscet. In ara  
 Reginæ Superùm cerâ funale quod albâ  
 Fundit opes lucis, deuouit Belga. Per agros  
 Solus hic hostiles dum castra explorat & arma,  
 Fraudibus induitur; peditesque, equitesque, Ducesq;  
 Circumeunt octingenti, vnâque omnibus vni  
 Enfibus, atque odijs, sclopisque minoribus instant.  
 Vt Macedùm quondâ ductor, Mundique Tyrannus  
 Magnus Alexander belli vim pertulit omnem,  
 Atque insultantes, protectus ab arbore, turmas  
 Reppulit impavidus; clypeat se Belga Parentis  
 Sic lauro Lauretanae, chalybisque procellas  
 Sustinet immotus. Vastum ceu prodit in æquor  
 Obuius irato scopulus pelagoque Notroque,  
 Decutit ille hastas, & tela retorquet in hostes,  
 Integer in mediâ iaculorum grandine, & inter

*Card Dretest.*  
*donat clathros*  
*arg. In Patria*  
*Templum cõ-*  
*dit V. Laur.*

*Belgium in*  
*parentia li-*  
*mina dona-*  
*defert.*

*Belgam hostes*  
*circiter octin-*  
*genti partim*  
*pedites par-*  
*tim equites*  
*adoriuntur.*

*Virginē Lau-*  
*retanam im-*  
*plorat: mira-*  
*culo liberatur*  
*ab hostibus.*  
*ingenti mole*  
*cereum dicat.*

*Turs. l. 5. c. 18*  
*Alexander*  
*protectus ab*  
*arbore solus*  
*in hostilem*  
*exercitum pu-*  
*gnat ex Q.*  
*Cario.*

Spicula mille, vno defigit vulnera telo.

*Horatius Cocles, postquam hostes undiq; instantes solus submouere nō poterat, ponte reciso transnat Tyberim, nec arma dimittit. Flor. l. 1. c. 10 Cereā dicat. Polonia referat S. Cella postibus aurū infundit.*

*Casimirus Pictatis miles in S. Cellam veluti diuina liberalitatis in arcem donis belligerat.*

*Post pecuniā large erogatam inclusum anulo pretiosis. adamantiē*

*Laur. Puelli ei digito inserit, quo mundi globum sustinet diuina*

*Marris in senex. Ex hoc dono Regis victoria.*

Omnia castra nouus detrudit Horatius, arma  
E Mariæ dum ponte agitatur, quæ sustinet Orbem,  
Et vada cæca super, breuiori tramite ducit  
Nos super astra. Virum cæli de nubibus altis  
Prælia securum credas telluris ad ima  
Spargere, & occultâ dare cuspide vulnera. Cælo,  
Sic est, congregitur, fultus dum Virgine pugnat.  
Mole sua non stat miles, sed mole Parentis,  
Qua stetit ipse Deus. manet imperterritus: hostes  
Vulnerat, atque fugat; spoliisque indutus opimis,  
Igne triumphali statuit tibi, Diua, trophæum.

Claustra patent; gemmas infunde, Polonia, valuis.  
Quadrupedes Casimirus agit, murosque Tonantis  
En quatit auratis, Pietas quas suggerit, hastis.  
Obsidione premet cordis, ni Mœnia cedant  
Icibus. Ille semel, rursusque Penatibus hærens,  
Belligerat donis. tibi, bellule Pupe, tenellos  
Includit gemmâ digitos, quibus infidet Orbis.  
Anulus hic adamante grauis fit nexus amanti,  
Atque catena Deo. Casimirus vicit: ouanti  
Plaudite Sarmatiæ ciues: qui vinxit Amorem,  
Anulus obstringet populo fera corda rebeli.  
Ecce iterum ceruice iugum, frenosque sonantes  
Rusia decussit, iuguloque datura cruorem,  
Libera seruitio, currus agitare volantes  
In nona bella parat. Coniurat Dacia, nexus  
Docta pati ignauos. flagrorum oblita fragorem,  
Iam lituos scelerata pati gemitusque rotarum  
Audet, & excussis è dorso fustibus, arma  
In Dominos inferre. Scythæ cum Thracibus optant  
Colluue scelerum misceri. Moschua Moschos

Euo.

Euomit in frages, flauosque Aquilone Suecos  
 Mittit ab extremo distracta Sueuia bellis.  
 Sarmatiæ feruent glacies, ardentque Triones,  
 Atque armis calet Arcturus, campique, natantes  
 Milite, inhorrescunt. Tot sufficis omnibus vnus  
 O Mundi, Casimire, salus: partæque salutis  
 Tessera fit, digito qui Numinis anulus ardet  
 Orbe sub imposito, Fulcit velut anulus Orbem;  
 Sic Mundum tua dextra regit sub Marte labantem  
 Sarmatico, Moscho, & Scythico. Iam prælia feruent:  
 Rex age: dant sonitum siluæ, dant classica signum;  
 Innumerasque vrget Cmelnikus in arma phalâges  
 Proditor, atque tuo, patriæque rebellis amori.

Rex volat; Heroïna simul Regina; gelatas  
 Et gaudet calcare niues, quas coniugis æstus  
 Soluerat ante pedes. hyemes, Scythicosque rigores,  
 Magnanimo sociata viro, contemnere discit  
 Fœmina, sed Regem, quem nulla pericula terrent,  
 Terret amor. Remane, dixit, fidissima coniux.  
 Me decet arma sequi, te funderè vota: timore  
 Exue me, titulisque meis hanc eripe labem,  
 Vt timeam. pro tē Virgo mea signa præibit,  
 Cuius ego nunc signa sequor. Sic fatus, inertes  
 Perrumpens populi strepitus, magnique Senatus  
 Præcipitans virtute moras, it primus in hostem,  
 Exercetque frequens iras excursio: cæde  
 Ad cædes atrox rapitur, cursuque fatigat  
 Quadrupedesque, atque arua, Palatinosque sequentes  
 Inuicti vexilla Ducis. Dum distinet hostem,  
 Sexaginta bellatorum & millia centum,  
 Atque quaterdeni coëunt in prælia currus.  
 Quos inter Kalinoschus adest, spes maxima Regis,

*Dux rebellis*

*Regina Regē  
 ad bellum se-  
 quitur.*

*Hæc ille locat  
 extra aleam  
 belli.*

*Senatus initio  
 Regi præliū  
 dissuadebat.  
 Rex excursio-  
 nibus hostes  
 fatigat, &  
 Nobilitas Re-  
 gē sequitur.  
 Dux semper  
 rebellibus for-  
 midandus.*

Tempeſtas Tanais, tumidique Boryſthenis Auſter,  
Sæpè Ruthenorum quos ſanguine foedat, & auget.

*Cafimiri exer-  
citus ad pla-  
na præliaturi  
deſcendunt.*

*Anni Styra  
vada traj-  
ciunt.*

*Cafimiri ad  
milites concio*

Æquora præripiunt omnes, quâ Styra minori  
Anna fluit, tentantque vndas, ſuperantque minaces.

Quos vbi deſpiciet tumulo Caſimirus ab alto,  
Eriget his dictis. Iactu Fortuna ſecundo

Obiicit en noſtris omnes mucronibus hoſtes.  
Religio, decus, & Regnum, Victoria, Virtus,

Pax, Romana Fides, extremaque linea belli,  
Patria, Vita, Salus medio ſtant omnia campo.

Omnia contulimus: vos omnes promite vires  
In medium: Natura, Fides, & Gratia veſtras

Exigit in bellum dextras. pugnatis Olympo,  
Et mihi pugnatis. pendentes Æthere Diuos

Credite prælatis hortari in prælia palmis:

Credite Reginam Superùm ductare Phalanges.

Hac duce proſequitur ſemper victoria bellum.

Virgo iubet, bellique iubet ſic credere cauſa,

Hoſtis & ingenium. Noſtris ſe opponere turmis

Montibus aduerſis audent bis millia centum.

Non numero pugnat Virtus germana locoque:

Ipa ſibi mons eſt, & ſola exercitus ingens:

Seque regens, ſua caſtra regit. terrore Rutheni

Et numero armanantur: noſtra eſt interrita Virtus.

Bella gerunt clamore; mei Virtute Poloni.

Hæc fatur; pontemque, premit qui flumina dorſo

Deſuper impendens, fundamine vellit ab imo,

Inſiſtitque vadis, lapideſque exterminat vndis.

Ponte ruente, fugæ vobis ruit omnis ad vndas

Spes, inquit, non digna, Viri. res omnis in arcto eſt.

Claudimur hinc vndis, hinc hoſtibus. vna ſuperſit,

Cætera dum deſunt, ſpes immortalis honoris.

*Rex Caſimi-  
rus, vt omnis  
fugæ ſpes ſuis  
militibus præ-  
cidatur, impè-  
dentem fluuio  
pontem vn-  
dis equat.*

Clausa loco Virtus magnis se extendere factis  
 Fortius aggreditur . Sic sæua corona latrantum  
 Efferat, atque acuit torpentem in bella leonem .  
 Deieci pontem ; ferro vos tollite rursus :  
 Strata Ruthenorum sint saxa cadauera : muros  
 Hinc ite ad patrios . Dixit ; primusque cateruas  
 Impetit hostiles . Socij consurgere telis ,  
 Quadrupedesque audent aruis inferre Ruthenis .  
 Curribus hi contrà, iaculisque insistere, & vnà  
 Clamores iactare truces . Vlulatibus æther  
 Concussus furit immixtis . Consiste : volucris  
 Quò raperis bellator equo , Casimire ! reposcit  
 E Duce victorem te Patria: cautiùs hostes  
 Ah vitæ memor inuadas . Obiit omnia visu :  
 Te petit , & lethi Cmelnikus destinat umbris .  
 Heu dolor ! immitis speculâ te vidit ab alta :  
 Omnis & ecce mihi coit in præcordia sanguis .  
 Missilibus iaculis facibusque animata malignis ,  
 Quina parat tormenta graui maiora metallo ,  
 Quis nomen, vires , virusque dedere colubri .  
 Scilicet arx aderat Casimirus , & vna terendæ  
 Non satis est arci pila plumbea . Perfidus ignem  
 In Dominum explodit . Volat æneus orbis: at Orbe,  
 Quem Lauretanus dextellâ sustinet Infans ,  
 Tunditur ille retrò . digitos qui circuit auro  
 Anulus, in Regis suspendit vertice Mortem .  
 Namque super crines, flammaram concita pennis ,  
 Mors stetit, & proprio pavit suspensa periclo .  
 Scilicet extimuit Casimirum flamma volucris ,  
 Principis atque manum venerata recessit, Quanti  
 Quæ face collucet, quoties Sol flammeus annum  
 Luce remetitur . pro Virgine namque tuenda

*Fit prælium .*

*Rex acie prima belligerat  
 Dux rebellis  
 visum è specula Casimiru  
 morti destinat  
 Quina maiora tormenta  
 proditor Dux  
 in Regè explodit . Omnia  
 histor.*

*Mundi globu  
 sustinentis  
 Christi puelli  
 manus anulo  
 à Casimiro or  
 nata æneum  
 globum eius è  
 corpore repel  
 lit .*

*Rex singulis  
 annis accen  
 sum cereum  
 manu gestas  
 publice vouet  
 se Deiparam  
 defensuram .*

Dum caput & vitam vouet ille, incendia cordis  
 Testatur lacrymis, & pectoris indice flamma.  
 Igne coronatus, præfagia læta triumph  
 Vt cepit, contrâ casus obnixus in omnes,  
 Rex votis fernens, animisque, & cursibus acer,  
 Non multo innumeras penetravit milite turmas.  
 Confertos proculcat equos, cinctusque procellâ  
 Vndique telorum, cum telis decuit hastas.  
 Nec segnes fremitu cuneos laxare phalanges  
 Sarmaticæ nituntur equis, ferroque ruinas  
 Sauromatis glomerant. Ades insuperabilis ense  
 Konipolſce : tonans dextrâ, media agmina rumpis:  
 Pectora cornipedum, nimbo traiecta sonanti,  
 Vulneribus fodis & laceras, equitesque supinas.  
 Sauromatû tunc ecce, globo comitante, Tyrannus  
 Arua petit, ferale fremens; denſataque cornu  
 Millia difſicit læuo. Sed protinus ardens,  
 Corporis obiectu, ſtragemque fugamque tuorum  
 Rex claudis, reſeraſque acies mucrone rebelles,  
 Non ſecus in media leo dum conſiſtit arena,  
 Colligit atque iras; armenta minora fugantur.  
 Sic cogis dare terga hoſtem: fugientibus arua  
 Totaque decreſcunt. ſequeris, Monciſke, fugaces;  
 Oblitusque animæ, quam dextera bellica præfert,  
 Occidis ingenti ſaturatus cæde nocentum.  
 Mente tamen Regis, memorique in corde triumphû  
 Victor ages, ſemperque tuis celebrabere factis.  
 At turbæ indecores, pars ſe commixta viciffim  
 Confuſo terrore premit; pars nota cruentat  
 Flumina, dum gelidas perfringere cursibus yndas  
 Ardet, & à liquido vitam ſperare ſepulchro.  
 Qui ſuperatis adhuc miſeri, quibus ynda pepercit,  
 Sar-

*Polonorum Dux  
 deſatas in cu-  
 neum rebellium  
 turmas perrexit.*

*Rurfus  
 euenientem Po-  
 lonorum equi-  
 tatum læuo  
 cornu violen-  
 ter impacto  
 frangit, ac diſ-  
 ſipat rebellium  
 Dux.*

*Casimirus  
 ſuos fugientes  
 virtute conti-  
 net, ac voce,  
 bellumque re-  
 parat, & vi-  
 toriam. Caſi-  
 mirus rurfus  
 in hoſtes ruit,  
 fundit &  
 fugat.*

*Monciſkus  
 Regis amor,  
 dum hoſtes  
 ferro ſequitur  
 fortiter occu-  
 bit.*

Sarmatico date colla iugo, dominosque timere  
 Discite. si pietas vos Principis efferat, ira  
 Mulceat immites, aut perdomet: oscula ferro  
 Abiecti præbete, auro sceptroque negata.  
 Rursus at indomito lacerantur dente catenæ.  
 Tartari agunt iterum in te Tartara: victa rebullit  
 Improbitas: restinguetur sed sanguine rursus.  
 Sic per athena latex dum turget, detumet vndâ  
 Desuper iniectâ. Te per discrimina Regnis  
 Præparat æternis Superum Rex, præparat astris.  
 Per calcata tamen capita impia victor Olympo  
 Immittes, Casimire, pium caput. Aspice: rursus  
 Eumenides, ciues, hostes, Dis, Hæresis, Orcus  
 In te comportant humero sudante ruinam.  
 Sanguinis effusi latè resonante procellâ,  
 Spargitur eluuiò. regnis nudaris auitis:  
 Deficit ipsa fides populi, seruitque furori  
 Perfida Tænareo: donat diadema Colubro  
 Strage coronato regum. regit Hæresis arma.  
 Hæc tua libertas, infelix! pulchra parentum  
 Sic exempla referes? sic regni fessa remittis  
 Ponderis in exitij fabrum, dorsumque Tyranni!  
 Ipse sibi nixus rerum sub mole ruentum,  
 Curarum patiens, stabit Casimirus; in astris,  
 Virginis & gremio didicit qui ponere Regna,  
 Et panno seruare iubar, distractus ad aulam;  
 Publicus imperij famulus quò scepra teneret.  
 Tu iuga, tu Colubri nexus ceruice rebelli,  
 Clade tuâ malè docta, feres; & dulce venenum,  
 Primis blanditum labris, in viscera morfu  
 Defluet indomito, reuomendum sanguine mistum.  
 Tu ne cede malis, Rex inclyte: crimina vinces,

*Rex Succoræ*

Atque Suecorum domitor populi que rebellis ;  
 Odryfio noua bella feres , cui mille catenas  
 Anulus ille parat , digitum qui Numinis ambit  
 Nominis ambitione tui . ne terreat hostis  
 Vis numerusque . suæ qui pendet ab vberè Matris  
 Pupulus omnipotens , gemmâ donatus & auro ,  
 Regali sed corde magis , pro munere donat  
 Regales animos , maioraque pectora curis .

Numinis in digito flagrantem lumine gemmam  
 Proh quantis cumulas , generosa Polonia , donis .  
 Sarmaticos cerno scopulos lacrymare decoris

*M. Polonia*  
*Cancelarius*  
*candelabra ,*  
*& crucem e*  
*succino, Ara,*  
*& Sacerdotis*  
*vestes gemis*  
*innumeris in*  
*textas*  
*donat.*

Electri lacrymis , lacrymis vt rideat Ædes ;  
 Textrinam sudare operi ; iam figere telas ;  
 Picturis animare ; auro deducere molli  
 Stamina , diuitibus gemmis baccata ; maniplos ;  
 Sacrificasque stolas , galeatæ frontis amictus ,  
 Textilis & lini tunicas , talisque fluentes ;  
 Dorsa super pectusque graui pendentia textu  
 Sarmata , beryllis crispata , superba pyropis .

*Bassa Anno*  
*1529. Ponti-*  
*fice Clemente*  
*VII. argen-*  
*team ara ve-*  
*stem marga-*  
*ritis adorna-*  
*tam dono mi-*  
*sit. Turf. l. 2.*  
*c. 29.*

Tu quoque, Tutca, licet ferro præcordia dures,  
 Ferreus ingenio, sentis magnetis Amoris  
 Imperium; paterisque trahi pro pectore gemmas,  
 Argentumque. Rapi fineres ah pectus! Ad aram,  
 Ipse fugax, Lauretanam discrimine telas  
 Gemmarum intextas, pictas & pollice, mittis  
 Neflei sine fraude doli: nam Virgo vel hosti  
 Extrahit illibata luem. Cur Virginis ara  
 Threijcio strepit ense, arcu, pictisque pharetris;  
 Atque sagittarum sub fasce laborat? an arma,  
 Proh scelus! in Templum Pacis gens effera portat?  
 Et nos ultores non arma repellimus armis?  
 Virginis o Pietas, nimbis armata salutis



Ipsa vel in Mundi contagia ! Tæssera pacis  
 Hæc sunt arma, sinu quam Diua profundit in hostes.  
 Corcutus Thracum Prætor, dum pectora tabo  
 Sentit ab occulto marcescere, sperat, & audet  
 Te, Virgo, iactis ad bella lacefferè voris ;

Et posiris iaculis, cordis te vulnerat arcu,  
 Atque precum telis. Hæc, Vitæ, pugna Parentem  
 Vicit; & extinxit per viuida prælia Mortem .

Tela, arcus, pharetræ sunt dona & signa triumphii ;

Symbola sunt Pacis . vincat sic Turca: sagittas  
 Hæc in bella acuat victor : capita impia subdat

Virginis obsequio . Sic vincet, & vlcera cordis  
 Lethiferum scelerum virus fundentia sistet ;

Qui rapiunt aliena, ferunt quid propria fures ?

In Templo cumulare docet quis munera? Virgo,

Virgo docet, prædata Deum . Dum Sara rapinis

Picenos populatur agros, atque agmina secum

Depopulatorum circumfert ; milite tangit

Dum sata Nazareis vicina Penatibus, horret :

In tumulum ascendit; longè veneratur ; amico

Displodit tormenta sono, legesque nocendi

Vertit in obsequij ritus, & nubila ferri

In pluuiam exonerat donorum, aurique procellam.

Cætera quid memorè ! Gemmarum cætera produnt

Se fulgore. aurum vile est in Virginis Æde ;

Et rubet argentum, dum se sordere refusas

Aspicit inter opes, aurumque imitatur . Olympum

Paupertas quæ nudauit, nudauit & Orbem :

Omnia dum refugit, secum trahit omnia : traxit

Cum Superis Cælum: textit centone Tonantem,

Syrmateque Imperij. gemmis famulantur & auro

Et populi & Reges : at illi seruit & aurum ,

Cem-

An. 1552. Con-  
 cutus ex occulto  
 to apostemate  
 d B. V. Laur.  
 sanatus ma-  
 gnæ argenti  
 vim arcum, et  
 pharetram cū  
 sagittis donò  
 mittit. Tur. l.  
 3. c. 18.

Marcus Sara-  
 latronium dux  
 omniacircum  
 loca deuastans  
 ubi longè Lau-  
 retum vidit  
 festa cū cū ag-  
 minis dispo-  
 sione B. Virg.  
 salutauit, &  
 cum ipse a Te-  
 pli aditu pro-  
 liberetur mi-  
 sit certum ho-  
 minem cum  
 muneribus .

Tur. l. 5. c. 29

Argentum ve-  
 lut aurum erub-  
 bescit, vile se  
 videns prendit  
 se paupertatis  
 in Domo .  
 Paupertatis  
 omnia seruit  
 dum omnia  
 contumit .

Gemmaque cum pelago, cum stellis omnibus æther,  
Seruit & ipse Deus, terræ Dominator & Axis .

Illius Augustale humeris portamus & alis .

Ast vbi Testa Dei regalia ponimus? Ophir  
An pretiosa super fastigia? gemmea forsan  
Fundamenta Domo iacimus? num sternimus astra?

Paupertatis opes, humana Superbia, disce;  
Disce decus, quoue alta loco fundamina ponat.

Ite procul maculas imitantia marmora Solis

Lucullea; niues quæ fertis saxa perennes;

Ite columnarum moles, Scaurique theatra,

Substruètique arcus, ardentis & æra Corynthis,

Et iuga chrysolichi, depictaque floribus arua .

Cella vepreta premet . Cæli sic Regia terris

Radices ager æternas . sunt tessera vepres

Paupertatis. habet meritum tamen horrida regnum

Spina vireta super, cui ficus, vitis, oliua,

Cesserat Imperium . Paupertas nuda: nec vllus

Vestit honor spinam: teritur, non carpitur vngue.

Attamen aruorum custos sua regna tuetur;

Fitque armis secura suis, sê iudice vindex.

Non parit vna necatque dies; florique superstes

Ipsa suo, semper pompam deludit agrorum .

Sic stabit diuina Domus; Regnique Latini,

Italici custos horti defendet honores,

Atque armis defensa suis, inhonoraque nunquam,

Nuda situque horrens, thesauris exuet Orbem .

Haud aliter stabilita Dei præsentia quondam

Infacidum cum gente tuit; solia aspera dumis

Infedit postquam flammato murice . Regna

I nunc, funda opibus, partisque innitere gazis:

Erige te luxu, mansuras vepribus arces,

*Quo in solo  
fundanda sit  
Sac. Domus.*

*Satis constat  
sub imis S.*

*Cella parietibus  
proximi  
ruris sepè op-  
pressam, Turf.  
l. 2. c. 22.*

*Spina tessera  
paupertatis,  
quia sine  
fastis.*

*Spina arborum  
regina,  
quia pauper  
ex Iud. 9. di-  
xerunt omnia  
ligna ad Rbā  
num veni &  
impera super  
nos.*

*Spina symbolū  
perennitatis  
perennem in-  
dicat S. D. in  
Piceno statio-  
nem .*

*Super spine-  
tum Moysi*

*Deus olim ap-  
paruit suāq;  
populo præse-  
ntiam promissi,  
& tutelam .  
ex Exod. c. 4.*

Regalemque Domum fundat Deus, ò nimis audax  
 Gens humana, Deo si non fabricante docetur  
 Perpetuare suas, iactis sine molibus, Ædes,  
 Molitrice vnâ, & molimine Paupertate!  
 Nunc agite ò pennis, acies formosa; propinquam  
 Militiæ quâ spina viam discriminat, ite.  
 Vepribus augustam rigidis imponite Sedem.  
 Hæc Gabriel: Gemini fratres Torquatus & Vgo;  
 Virgineos patrio diuulsos colle Penates,  
 Lætitia timidi, lætique timore sequuntur.  
 Quos fuga turbarat, statio promissa perennis,  
 Aligeri cantus, Laris & vicinia soluunt  
 Attonitos luctu, reuocantque ad gaudia mentes.

Nunc age, Diua, mei felix Cynosura laboris,  
 Dum tecum me portus habet, iaciturque secundis  
 Anchora de prora ventis; prius hospita rostro  
 Littora quam teneam, cantare celeumata tecum  
 Da Virgo, pressamq; Stygem, Pacemque sedentem  
 Fronte super, quam deposuit Discordia; postquam  
 Constitit Hesperijs diuina Domuncula campis.

Est via, Militiæ cui nomen: Collis ytrinque  
 Imminet arboribus, subtusque maligna refusis  
 Stagna iacent nebulis, quibus inclementia cæli  
 Corporibus pecorique nocet, caligo superstat.  
 Musio restagnans nam dum parit amne paludes,  
 Emoriturque suis marcetque sedentibus vndis,  
 Aura perit, torpetque simul; septemque Trioni  
 Quâ possit subiecta animas morare salubres,  
 Montibus obiectis, & siluis clauditur atris.  
 Nusquam tuta salus, nec Regia tuta salutis;  
 Ni, malè fida animo, mortalia corpora discant  
 Multa pati, semperque mori. Sic atria lucis

Cum

Angelorū in-  
 ter canius ad  
 statum deni-  
 que locum S.  
 Cella perue-  
 nit; sed adhuc  
 stabat pendu-  
 la in aëre su-  
 pra sepem in  
 via militari  
 Fratres, a quo  
 rum colle di-  
 scesserat S Do-  
 mus, latantur  
 eam saltem cū  
 fisterē relicti  
 collis in vicini-  
 a.

Deus mater-  
 nam Domum  
 ad iactū fer-  
 mē sagittæ à  
 colle duorum  
 fratrum in  
 proximū collē  
 versus mare  
 submouit, atq;  
 in ipsa via mi-  
 litari locatus

AnChr. 1295  
 ex Turf. l. 1.  
 c. 8

Lauretum si-  
 tum in tumu-  
 lo vergente  
 ad meridiem  
 orientem que  
 solem, &c.

Turf. l. 2. c. 25

*Academiam  
Plato. S. Bern.  
cœnobium sub  
noxio cœlo fun-  
darunt. nam  
si quid patiū-  
tur corpora,  
animi conua-  
lescunt.*

*Angelorum  
cantus, Stella-  
rum letitia.  
Angeli mino-  
res missi à  
Michaele ad  
succidendas è  
cali silua lau-  
ros æternas,  
cum his leti-  
tedeunt.*

*Flarum insitio-  
nem in monte  
faciunt.*

*Vnde in calo  
laurorum sil-  
ua nascatur.*

*Ad singulas  
relatas in ser-  
ra de tenta-  
tionibus victo-  
rias singula  
in calo lauri  
nascuntur.*

*Harū in calo  
ramos dū Su-  
peri carpunt,  
nos gaudia  
mullant in  
terra, &c.*

Cum socijs Bernardus amans æterna, nigranti  
Valle sedet, clarasque facit virtutibus vmbas.  
Vt saperet, coleretque animos sapientia, filuas  
Nonne Plato incoluit, loca fœta nocenti bus auris?  
Montibus in medijs lucisque Academia lucis,  
Numinis, & Sophiæ fundabitur. inde voluptas,  
Corporis illicium, procul exulat: aura salutis,  
Aura Dei satis est, noceat licet ætheris aura.

Ergo quæ vergit Recineti femita ad urbem,  
Quæ propius Mare despectat; postquam aëra motu  
Consumpsere breui Superi, tellure dirempti  
Ex aruo fratrum exiguâ, quantumque sagitta  
Peruolat, ex arcu pernicious incita pennis,  
Deuenerè. Tubis subito clangentibus æther  
Intonuit, trepidantque lyræ, fidibusque canoris  
Subsiliunt, lituosque vocant, lituique laceffunt  
Barbita: respondent; stimulant sed barbita cantū.  
Hic ruit, & pleno subsultat murmure: miscent  
Aligeri, Stellæque melos, quæ Virginis Ædi  
Præibant; Phœboque chorum cantusque regente,  
Carmina non linguâ, radio sed amante vibrabant.

Interea visum in partes discedere cælum,  
Et ruere innumeros Aulæ stellantis ephebos,  
Omnes textilibus deuinctos crura cothurnis,  
Vestibus argento niueis. radicibus imis  
Euulsam superis agris, & fronde virentem  
Quilibet æternâ procero stipite laurum  
Fert humeris, lætoque inito per mutua plausu  
Inferit inculto cælestia germina Colli,  
Vnde decus, nomenque trahat. Nam Solis in hortis  
(Nec mendax hoc fama docet) tentamina terris  
Tænarei quoties malè fida eludimus hostis,

Laurus olet, subitoque viret : si cedimus, aret.  
 Sæpius hæc Superi per odora cubilia eius  
 Dum volitant, miseræque bibunt obliuia vitæ,  
 Et legere in folijs, nostras & cernere palmas  
 Lumine descriptas gaudent, & carpere palmis .  
 Dum carpunt , præter solitum nos intima cordis  
 Gaudia peruadunt terris, tactuque beato  
 Nobis crescit amor; Stygios vis crescit in hostes,  
 Libamusque Deum , venturaque dona triumphii .  
 At dum Victores reduceſque ſuperna tenemus  
 Arua per abſumptam vitali funere mortem ;  
 Arboris optatæ notam properamus ad vmbra ,  
 Æternosque dies, & Amoris fallimus ætus :  
 Cingimus amplexu lauros; capitique coronam  
 Detractam nostro patulis imponere ramis ,  
 Et iuuat obtentas incidere cortice palmas .  
 Hoc etiam placet in viridi describere libro  
 Munera, secretis in nos quæ fontibus vndant,  
 In terris ignota, oculos habentibus vmbriſ,  
 Sed cælo manifesta , dies vbi clara ſerenat  
 Ortas corporibus nebulas, & nubila mentis .

At pueri, quos in Cælum rationis egentes  
 Mors primis duxit vitæ vicina diebus ,  
 Sanguine Victores Christi, certamine nullo ,  
 Nullis quando ſuis ſeuerunt arbuta factis ,  
 Inſitione Crucis, medijs quæ floret in hortis,  
 ipſi etiam vernare ſuam per prata minori  
 Fronde vident laurum, & baccis ſoboleſcere paruis .  
 Geſta ſed exiguo ſignant in cortice nulla .  
 Cœtibus Aligerum mixti venere puelli ,  
 Veſte ſed Aligerum inſignes, pennâque volucris .  
 Quiſque ſuos dulci conuectat pondere ramos .

*Pueri poſt  
 baptiſmū vita  
 ſancti mino-  
 res in cælo  
 lauros repo-  
 nunt nudo  
 trunco, & nul-  
 lis geſtis in-  
 ciſo. Adſunt  
 hi Angelorum  
 in veſte cum  
 ramis.*

Tu

Tu quoque in æquoreis pubes tumulata procellis  
 Vere venis ornata comas :sterilique Profundo  
 Nata viret laurus, quæ dextrâ & vertice frondet.  
 Nam malè gesta manu; sed spe, sed mente, sed ipso  
 Hæc benè gesta animo, Cælo te bella coronant ;  
 Parthenioque Lares quæsitos ense, cruore  
 Ipsa tuo reperis, pelagoque immersa capeffis .

At pueri, quos Herodis demessuit ensis,  
 Maiores tollunt rubicundo vertice lauros .  
 Scilicet Infantum creuere arbuta cruore,  
 Grandiaque incidunt pro gestis vulnera trunco .  
 Æquiualeat meritis cruor omnibus . Ergo Parentis  
 Pars velat niuæ ramis maioribus Ædes ,  
 Pendet adhuc dum Cella humeris suspensa:tenellas  
 Pars subicit frondes, & spargitur area baccis .

Et simul auditi cantus . Felicia lauri  
 Semina, quæ terræ mandamus, crescite : rura  
 Pro pueris pueri serimus cælestia . Tempus,  
 Tempus erit, noua cum facies, inopinaque rerum  
 Adueniet, clangente tubâ, Mundoque sepulto  
 Inter aperta Ducum, Populi, Regumque sepulchra .  
 Cum primâ pueri culpâ tunc funere rapti  
 Hos colles, hæc rura colent; Cellamque Tonantis  
 Pro cælo sortiti, alacres hoc monte sedebunt:  
 Et quando caruere suis, iuga squalida nostris  
 Fecundare iuuat lauris, Superûmque vireta  
 Huc transfere, futura olim solatia pubis .  
 Interea dum Laureto dat scæmina nomen  
 Lauretana, solo lentis adolescite fibris,  
 Suppositæque Domo Solis, ne quærite lucem;  
 Vltima vos donec Mundi vocet hora cadentis .  
 His modò pro lauro victoria pullulet agris,

Con-

*Pueri sunt,  
 quos l. vii.  
 narrauimus  
 classsem ad re-  
 cuperandam  
 Palestinâ a-  
 gornasse, pel-  
 agoque fuisse  
 dispersos.  
 Adjunt etiam  
 cum lauris in  
 ferendis Inno-  
 centes ab He-  
 rode interfecti*

*Florum can-  
 tibus*

*Sata à beatis  
 pueris lauri-  
 va silua, e mô-  
 te post Iudiciû  
 erumpente  
 perfruentur  
 de funtibus cum  
 prima origi-  
 nis labe puel-  
 li.*

Conueniantque suis viſtricia nomina rebus.

Agmina vincentur ſclerum, Diſcordia, bellum,  
Effrenes animi motus, Mors horrida, morbi. (num;  
Quisquis adit ſacra Teſta, prenat pede Viſtor Auer-  
ſe premat, ardoreſque ſuos, ſua crimina; ramos  
Viſtor & innumeros lauris cæleſtibus addat.

Transferimus cæli ſi in terras arbuta, tellus  
Ramorum ſobole illuſtri cunulabit Olympum.  
Hæc pueri, manibuſque Lares contingere gaudent.

Ante alios labro muroſ lactente Polytes,  
Filius Herodis, ſed patre iubente peremptus,  
Allambit, lacrymiſque rigat. Proh! cæca tyrannis  
Inuiſi Genitoris, ait! quid ſanguine Regnum,  
Et nece moliris noſtrâ? regnamus anito  
Numinis hoc ſolio: Domus hæc mihi Regia, venis  
Quæ rutilat noſtris, dum primum ſternimus oſtrum.

At tu quære Stygiſ ſolium ferale Tyranni,  
Et chlamydem æterno flammaram murice pinge:  
Cocytî funda tua regna paludibus: hærent?  
Hærent, pœnarum vertigine fixa perenni.  
At pueri ſtabunt, rabido quos deijcis enſe.  
Fundatur nūquam meliùs quam ſanguine Regnum.

I Cunas inuade Dei; perfunde cruore:  
Teſta manent. læui tu ſanguine lapſus, ad ignes  
Volueris, & titubata ſolo veſtigia preſſo  
Dum retinere nequiſ, cum Regno concidis omni.  
Infelix, vincire Deum qua mente putaviſti?  
Illius ipſa Domus ſi fugit? pellere Numen;  
Æternum ſi ſaxa manent; viſ vlla nec vnquam  
Eruet? Ambitio, tibi ſæuis, ſæua puellis,  
Atque tuâ te mole ruiſ; Superiſque, reſuſtans,  
Atque Deo ſeruiſ. Simili quoque voce Tyrannum

Can-

*Ante iudiciũ  
extremũ Lau-  
reiano è mon-  
te pro lauris  
pullulabit ſce-  
lerũ victoria,  
quæ ibi Pere-  
grini pio dolo-  
re iugulabũt.  
Ab Herode  
inter Innocen-  
tes pueros fi-  
lium occiſum  
aſſerunt Ser-  
rarius c. 21.  
Baron. An. 1.  
Philol. de  
Temp.  
Herodis filius  
S. Cellam am-  
plexus Patris  
crudelitatem,  
& ambitionẽ  
accuſat.*

Candida deuouit pubes , imitata Polytem .

*SS. viri Pice-  
ni ciues, & pa-  
troni è celo  
veniunt .*

*S. Sperandia.*

*S. Philomena*

*V. cuius cor-*

*pus incorru-*

*ptum post ali-*

*quot lustra-*

*reperitum est,*

*& recentis flo-*

*re conspersu .*

*Ex P. Cancelli*

*in v.*

*Hippolytus, &*

*Iustinus Sep-*

*temp. Mar.*

*In 7. Septem-*

*peda montes*

*omnes con-*

*fluunt S. Do-*

*mus trium-*

*phum specta-*

*turi .*

Piceni quondam ciues , nunc Ætheris , aris

Qui numerum auxistis Diuorum ; ductile Cælum

Vos quoque honorastis . Sacrum tibi laurea crineq,

Sperandia , tuæ spes viuida gentis , inumbrat .

Tempora vere tibi rident , Philomena , perenni ,

Cum vireat cinis ipse tuus . sic Flora per agros

Pæstantis redimenta rosis fert veris honores ,

Et varias necit , Zephyro auxiliante , corollas .

Succedunt Fidei bellantis Amazones , armis

Impenetrabilibus munitæ . Tempora lauro

Viffia , Palatias , Sophia , & Laurentia nubunt |

Illuminate , trahis Solis pro firmate lumen ,

Perfruiturque trahi Sol textilis : aurea lucis

Sub pede purpureo via sternitur . Emicat ostro

Sanguinis Hippolytus : solari persecat auras

Veetus equo , flagrumque tenet viridantis oliuæ .

Multiplici armatam foliorum cuspide palmam

Iustitiæ defensor habet Iustinus , & holti

Exhibet armifero vallatum vulnere pectus .

Aëris arua , Iacobe , feris rutilante quadrigâ ,

Cui sunt astra rotæ . Septempeda montibus agmen

Excipit in septem cæleste ; atque æmula Romæ

Diuum centurias septeno colle vagantes

Colligit amplexu . Iuga floribus ardua vestit ,

Quæ Superum incessu , tremulo nutantia motu ,

Florum facundis plausere loquentia labris .

Circumfusa Seuerinus dux agmina lustrat .

Nominis vrbe sui cordisque , beata federe

Castra videns , pigros cineres atque ossa colorat

Lumine lætitiæ , patrio composta sepulchro .

Huic comes incedis , diluta nube doloris ,

Victo-



Victorine . manu laurus tibi florida vernat ;  
 Nunc decus , at quondam pendentia pulpita mortis ,  
 Pyramis & pyra , vitales cui subdidit ignes  
 Et dolor , & pietas flammis rubicunda pudoris .  
 Illa tibi crux arbor erat cruciaria , longâ  
 Quæ nece consumens te casto animabat amore .  
 Hinc Davidiades rutilo non crine pependit ;  
 Arctè suspensis sed in alto stipite palmis ,  
 Victorine refers palmam : & quæ vicerat olim ,  
 E viridi Venerem vincis sublimior arce .  
 Scilicet , vt cuneus , manus vtraque fixa , tenaci  
 Inferitur nodo , quâ se diuarcicat arbor .  
 Floruit illa tuis membris , suspiria captans  
 Pro Zephyris , lacrymasq; bibens , vegetataque curis ,  
 Lata dolore tuo , luctus vernabat ad vmbra ,  
 Non suâ poma ferens , & pomo fertilis vno .  
 Gaudebat sub mole gemens ; philomela gemebas  
 Harmonicis dum tu lacrymis . erat illa corona ,  
 Supplicium , soliumque tibi , spoliumque subactæ  
 Carnis in obsequium mentis : claua Herculis arbor ,  
 Sed cælestis , erat : Metanœæ grande trophæum ,  
 Edomitæque iugum Veneris . dolor arbore amcænâ  
 Delicias Cypriæ ceû fuste fugabat ; & vmbri  
 Inde suis in te radios spargebat Olympi .  
 Nunc aliud parat illa tibi pulcherrima fertum ,  
 Et Lauretanam laurus colit innuba Diuam .

Cælicolæ approperant certatim , asueta triūphis  
 Castra , quibus fumant Piceni altaria nimbo  
 Thuris odorato . Flammante per æthera curru ,  
 Marcelline , venis flammaram victor . anhelant  
 Quadrupedes acti flammis : frenâ ignea mandunt ;  
 Eliciunt pedis attritu de nubibus ignes

*S. Victorinus,  
 S. Seuerini  
 frater, qui ut  
 mali desiderij  
 pœnas lueret,  
 manus in cu-  
 nei modum  
 unitas in ar-  
 borem magna  
 vi diuarcicatâ  
 mox iterum  
 coherentem  
 inseruit, et ex  
 ea per trien-  
 nium cum in-  
 genti dolore  
 pependit . ex  
 Eod.*

*S. Marcell.  
 Anconam ab  
 incendio libe-  
 rauit . ex  
 Mart.*

Fulminaque, innocuos imitantia fulgure risus.  
 Dum pulsu cita flamma salit, se curuat in arcus  
 Læta triumphales. nunc torquet in iride torques;  
 Astra, rosas cæli, nunc seminat. igne curuli  
 Non secus Elias cursum glomerabat in auras,  
 Igniferis deuectus equis. Volat axe Philippus,  
 Sanguineo per membra rubet cui purpura succo.  
 Cyclade splendorum cinctus Constantius ardet,  
 Membrorum quondam qui mole minutulus, Orbem  
 Prodigijs implet: iuga maiestate fatigat.  
 E medijs hic iussit aquis emergere flammæ;  
 Reddere luce dies; oleumque negante Mineruâ,  
 Concipere ardorem pigros è frigore lychnos.  
 Confessum subit Elpidius: sequiturque cruore  
 Diues Alexander gemmato. Emygdium ensem  
 Implicat & palmam dextrâ, qua cautibus vndas  
 Eduxit; siccasque fibras atque ænea terræ  
 Viscera, camporum molliuit in vbera; vitam  
 Qua tulit in manibus vel in ipso funere viuax.  
 Scilicet ille sui plausor, feretrumque triumphi,  
 A ceruice caput secum gestauit, & ostro  
 Arua triumphali signans, miracula seuit,  
 Perfuditque rubore Necem, quæ victa recessit.  
 Mortuus hic Mortem vicit: sine nomine truncus  
 Non erat, ense licet truncatus: dextra coronam  
 Formabat capiti, quod factis flora vehebat.  
 Æthere manus erat caput Omnipotentia trunco;  
 Ipse erat Omnipotens trunci caput: ille regebat  
 Sanguine rorantes artus, gressusque mouebat  
 Calcatae super ora necis. Mors victa trophæum  
 E trunco pallens cum telo, & falce pependit.  
 Dum redit ad montes, vbi vixerat, antra requirens,

*S. Philippus  
 Firmi Episc.  
 & Mart.*

*S. Constantius  
 pusillus  
 olim corpore,  
 qui Anconæ  
 Templi man-  
 sonarius in  
 aqua lychnos  
 absque oleo  
 succendit. ex  
 Surio in v.*

*S. Elpidius  
 Ascul. Ep. à  
 quo Elpidij op-  
 pidum nomen  
 habet.*

*Secundum caput  
 manu tulit in  
 montem, qui  
 olivo dissiliens  
 veniens locum  
 dedit. ex v.*

Corporis in tumulum; dum se, sibi sarcina, portat;  
 Dum sibi sandapila, & curator funeris, effert  
 Seque infert tumulo viuentem, lucis at orbem  
 Vitalis; sensere suas gradientis ad umbras  
 Vicini montis mirata cacumina pondus,  
 Prodigijque laborarunt sub mole. cauernæ  
 Diffiluire, dedere locum, tremuloque susurro  
 Exceperunt virum sua funera componentem.

Progreditur, rutilisq; potens se ostentat in armis,  
 Nititur & gladio, quassatque Georgius hastam.  
 Qui pede calcavit prunas cultrosque rotasque,  
 Hunc volat in montem. pedibus calet excita tellus,  
 Succutiturque. leues dextrâ, lænâque per herbas  
 Cælicolæ folia alta locant, vicinaque adorant  
 Limina, quæ Superum suspenderit aëre pubes.

Interea Diuina Parens pulcherrima vultu  
 Ut vidit castris vndare cacumina notis  
 Proxima, descendit peregrinâ è nube, Penates  
 Ponè suos qua vecta, imbres fundebat honorum.  
 Agminibus Superum, ceu Luna minoribus astris  
 Augustam inseruit frontem; viridique teatro,  
 Aligerum & Diuum sedit circumdata cœtu.  
 Assurgit formosa cohors, pedibusque Parentis  
 Virgineæ acclinat diademata, sceptraque vertit,  
 Quam sic compellat Regina. Decora Senatus  
 Lumina siderei, vos nostræ accedere pompæ  
 Gratulor, & ductis cæli de littore velis  
 Sidere in Vrbe mea, mecum spectare triumphos  
 Et portenta Domus, Numen qua corporis artus  
 Induit, & thalamis iuncta est humana beatiss,  
 Impar heu quantum sponso, Natura Tonanti.  
 Accipite hæc animis, Piceni gloria, Diui.

*Alij Piceni  
 patroni con-  
 fluunt ad Se-  
 ptempeda mō-  
 tes.*

*S. Georgius  
 mar. vnde in  
 ditum nomen  
 est oppido S.  
 Georgij. prun-  
 as nudo pede  
 calcavit, &  
 rotas cultris  
 armatas. ex  
 Surio in v.*

*B. Virgo, po-  
 stemâ patriæ  
 Cella. Statio-  
 nem spectatu-  
 ra, Septempe-  
 dantis in mon-  
 tibus Sancto-  
 rum se globis  
 immiscet.*

Laureti iuga celsa super postquam alta fedebit  
 Regia, quam colui, mecumque habitauit Olympus,  
 Vestris iuncta globis, telluris & incola rursus  
 Antiquam Regina Domum introgressa subibo:  
 Amplexu niueas aras murosque fouebo.

Donorum magnum per paruula mœnia Gangem  
 Numinis è gremio ducam. sub pondere nostro  
 Semper mole suâ stabit Domus. Illa Tonantis  
 Me folio statuit vicinam, eademque Parentem  
 Regis adorauit Superam, cœloque locauit,  
 Reddo vices. erecta fui, nunc erigo; & illâ  
 Fundo Lares dextrâ, Nati qua munere cælum  
 Sustineo, totumque fero, ne corruat, Orbem.

*B. Virgo se  
 subinde suas  
 ad Aedes cum  
 SS. Piceni pa-  
 tronis deuola-  
 turam promit-  
 tit, & huius è  
 calo illustris  
 itineris in mo-  
 numentū sibi  
 Templum à  
 Luminibus di-  
 etum Septem-  
 peda positurū.  
 Ad hoc Tem-  
 plum sæpè vi-  
 se stella è  
 Laur. Domo  
 noctu tramite  
 lucis excurrere.  
 ex P. Canc.*

Vos grandes habitate animæ, dominantis Amoris  
 Limina, Picenis quæ figo perennia campis.  
 Dum lustrare iuuat terras, huc vertite gressus.  
 Hoc erit hospitium Superam, conuexaque rursus  
 Hinc petite astrorum, Vitæque reuiscite sedes.  
 Quà celeratis iter, vestroque in lumine callis  
 Fulgura contritus iactat, mensura viarum  
 Non lapis emineat; patrij sed vertice montis  
 Ingens, augustum ponat Septempeda Templum,  
 Vestraque dent Templo cœlestia Lumina nomen,  
 Sæpius in tacita vigilantia sidera nocte  
 Illustrem signare viam, indefessa laboris,  
 Attoniti aspiciant ciues; vallantia Cunas  
 Nunc radijs nostras, & nunc obeuntia gyro  
 Festa coronali, quæ destino, Tempia; redire,  
 Rursus abire, rapique iterum vertigine; motu  
 Nunc iterum placido reuoluta, reciproca flammis,  
 Collibus his iactare iubar; gaudere decoris  
 Lusibus; amoliri vmbrae è nocte fugaces,

Molirique diem; tactu libare sereno  
 Laureti muros: mox Templum Luminis inde  
 Luminibus velare suis, plaususque ciere.  
 Hæc Regina. Seuerinus superaddidit. Urbis  
 Hospita Virgo meæ, quid pro mercede locati  
 Hospitij pendes? Te pende clientibus vnam,  
 Tutelamque tuam; tua viscera pande, tuum cor.  
 Urbs erit hoc Urbis, Piceni Regia Regni.  
 Annuat, & rutilans oculis: Hoc pignus amoris,  
 Inquit, habe. Sanctum Divinum genus astra sequutum  
 Accipiet terris; mihi nutriet; addet Olympo,  
 Prole mea gaudens Picenum. Disce tuorum  
 Nomina. Nicoleos mea per vestigia gressus  
 Dum mouet, irriguum trahit in præcordia Numen,  
 Hoc vno dives, sed Paupertatis auarus.  
 Huius opes, fitis ardores, ieiunia, fetas,  
 Quasque odit luxus, penas populabitur omnes.  
 Non somno ponet noctem, non oria membris.  
 Substabant capiti lapides: erit aspera rupes  
 Culcita, cervical, conopeumque iacentis.  
 Cæde sua exultans, imitatus ferrea Thracum  
 Pectora, quæ squalet tellus obnoxia ventis,  
 Destituet corpus, torpens horrore pruina:  
 Mox duro raptum somno iactabit acerbis  
 Vulneribus vigilique fame. Proh qualia cernet  
 Austeris portenta? trahet dum languida morbo  
 Corpora, præonijs pectus tractabile iussis  
 Ut gerat, apponi dabit alite fercula, pennis  
 Exutâ, fixâ verubus, tostâque fauillis.  
 Lumina sed postquam dape pauerit, ore repellet  
 Blandimenta voluptatis, fomentaque vitæ.  
 Siccine, clamabit, venabitur esca salutem

*B. V. spondet  
 se Piceni pa-  
 tronam, mul-  
 tosque ex hac  
 prouincia Sæ-  
 torum fastis  
 addendos.  
 D. Nicolaus  
 Tolent. vir  
 eximia absti-  
 nentia, & in  
 se ipsum odij.*

*Assam per-  
 dicem medici  
 iussu apposita  
 agrotanti, ne  
 carnium violet  
 abstinentiam,  
 cruce signat,  
 & pennis rur-  
 sus indutam  
 viuere iubet,  
 & fugere. E  
 spec. Exempl.*

Corporis inuisi, quod me terit vsque premendo ?  
 Horrida delicijs fabricabo ergastula menti ?  
 Hostis alam vires, vt bella ministret amando ?  
 O noua iucundo sub nomine forma nocendi ?  
 Durius vt viuam, quid viuere mollius optem ?  
 Vt soluam hanc animã, & curarum vincula, pondus  
 Addere regificis epulis ? Auis aëra pennis  
 Peruolet alta suis, ego sidera . demere pennas  
 Nil iuuat alitibus, quò tollar in astra volatu .  
 Paruimus : satis est : auis hinc discede : iubenti  
 Parendum tibi nunc . Crux imperat, vnde volucres  
 Toftus Amor flammis in cælum sustulit alas.  
 Ergo redi, fugitiua rogo, super arbuta : plumas  
 Exere pro prunis : cælestibus hostia flammis  
 Pro te sufficior ieiunus, & esca dolorum,  
 Atque epulum regale Dei. Sic fatus, adustam  
 Signabit volucrem feralis imagine ligni .  
 Arbore ceu visa delabitur ales ad arua ,  
 Et viride hospitium celeri subit incita pennã ,  
 Sic Crucis aspectu, fuerat quæ torrida disco,  
 Et traiecta veru, plumisque exuta, resumet  
 Remigium alarum : nido ceu missa tepenti ,  
 Se mirata, Iouis volitans auis æquor arabit .

*D. Nicolaus  
 saepe fruitur  
 aspectu Vir-  
 genti, & can-  
 tibus angelo-  
 rum.*

Nicoleos nostri conuiuia splendida vultus  
 Conuiuia esuriet Superum . Frugalis egestas  
 Preparat hæc . frædæ telluris nausea condit  
 Lacte meo lautas, & Nati sanguine mensas .  
 Libabit quoties auidus mea lumina ? sensus  
 Proh quantã capiam dulcedine ? pectora quantis  
 Exaturabo cupidinibus ; comes addita Nato  
 Illius intrabo cum limina, picta sereno  
 Lumine ; Cælicolum cum pleetra loquentur amores

Illius

Illius, atque mei? Dum Mors, germana soporis,  
 Exeret arma, adero; vitæ aurea fulgura malis  
 Belligerans vibrabo: bibet moriturus ab ore  
 Ille meo vitam; protendet brachia nostros  
 Lætus in amplexus. illis hinc indita vita  
 Vel post fata. humeris quamuis diuulsa laceffent  
 Perpetuâ mortem luctâ, tumidasque cruore  
 Elident fauces, & guttura suffocabunt.

Nam data libertas quoties erit Ætheris iræ,  
 Horrida quò moueat casurum in prælia Mundum;  
 Brachia signa dabunt: turgebunt sanguine venæ:  
 Rursus inardescunt; in venas ossaque curret,  
 Et subrepet in arcanas noua vita medullas:  
 Tendentur nerui; rursus caro vestiet ossa;  
 Viuent non proprio vitam debentia cordi,  
 Corde animata meo. describent sanguine bella,  
 Turcarumque minas; multâque rubentia cæde,  
 Sudabunt vestrâ, populi, formidine. Mortis  
 Nuntia suspensæ, sic quondam, fixa superbis  
 Parietibus, manus apparens, tua pocula tabo,  
 Peste dapes, luctu mensas, horrore penates,  
 Te quoque, Baltassar, terrore insperfit, & umbrâ,  
 Sanguine mox, subitoque cadentis puluere Regni.  
 At vos, dum luctus bellorumque omina fertis,  
 Picenum sustentatis, tristesque timores  
 Pellitis inde procul, fortissima brachia: pacem

Post fata bella, viamque simul monstratis ad astra.  
 Seruitium, mundusque meus sunt astra, triumphum  
 Illa sed in pompam tibi commodo. Lumine multo  
 Æthera stella secans, tractu pulcherrima longo,  
 Ædibus è patrijs cognominis vrbis ad oras  
 Diriget officiosa viam; radijsque dispersa,

*Præsertim in  
 morte. ex vit.  
 Brachia  
 D. Nicolai  
 viuo è venis  
 cruore licet  
 arida exudât,  
 quoties aliqua  
 impêdet Chri-  
 stianis cala-  
 mitas. Hist.*

*Apparuerunt  
 digiti, quasi  
 manus homi-  
 nis scribentis  
 in superficie  
 parietis. Dan.  
 6.*

*E patria D.  
 Nicolai visa  
 stella Tolenti-  
 num excurrere.  
 Rifad. in  
 vit.*

Te sobolem æternæ lucis , Solisque sequacem  
 Afferet , & nostro figendam in vertice gemmam .

Tu quoque figeris maris vnio, Margarita,

*B. Margarita  
 Septemped.  
 odio sui nobi-  
 lior, quàm ge-  
 nere se vlteri  
 hus deforma-  
 uit. ex Can.  
 in vit.*

*Post Chr. cru-  
 ces affixum  
 hæc deformat-  
 tas Sanctoru  
 venustas est .*

*Margarita  
 oues pascenti  
 mendicus ap-  
 paruit Deus .  
 ex e.*

Intemerata mei . pretium tibi præbet egestas ,  
 Et fuga gemmarum, quas marmoris educat vnda .  
 Nobilitat te ignobilitas; inarataque flagris,  
 Membra catenatis , taboque peresa, cruore  
 Marcida corrupto , perfossaque vulnere multo,  
 Hæc addent tibi, Diua, decus. Cruce sæda Venustas  
 Postquã hominum, Superũmq; fuit, nõ luce colorum  
 Pingit Amor vultus, sed sanguine : sordibus ornat;  
 Et pictura placet , si fumida pallet ad vmbas ,  
 Quas dolor effundit ; si delitet, extat; & ipso  
 Iudice digna Deo , Diuorum in luce locatur .  
 Arte meum trahet hac cælo pulcherrima Natum  
 Margaris . Errantes per pinguia prata capellas  
 Dum virgã reget illa , animo suspensa beatis  
 Aligerũm campis, melioraque pabula carpens ;  
 Pauperis ore peregrini , & centone videndum  
 Se dabit ipse Deus, mendiculus, omnia portans  
 Æquoris, & terræ, cælique æraria dextrã ,  
 Quam supplex tendit, pleno cui copia cornu  
 Est læuæ pondus nudæ . miserere precantis ,  
 Pastor ait : me dura viæ fastidia cogunt  
 Relliquias Cereris , femesaque frustra rogare .  
 Sic tua fecundet præsentia Numinis arua :  
 Sic te pastor alat cæletis , & amne sereno  
 Alluat irrigui splendoris , & vberè lactet,  
 Quo Pietas stillata fluit . Donaria cordis  
 Illico larga oculis dabit illa , manumque Tonantis  
 Implebit gemmis lacrymarum; & diues amore,  
 Parca ministrabit Cereris fragmenta. Sed hospes

Diui-



Diuini laxâ lateris compage, reuoluet  
 Illius in gremium sua dona; canalibus æstus  
 Et potare cicatricum, cælumque vorare  
 Corde dabit. panis mica vnica, & vnica lymphæ  
 Guttula diuinis manibus fit Erythra bonorum,  
 Fit mollitus ager subitò flauentis aristæ,  
 Et grauida Autumno sit vinea. dextera Nati  
 Innocuo cælum lucrantum fœnore mensa est.

Quidquid deponis, tumet, & ceu Nilus inundat;  
 Hac stimulatâ manu peregrini Numinis, Ædes  
 Sæpius inuiset nostras peregrina; pedesque,  
 Qui nostrum pressere solum, Mors arida morfu  
 Non teret, in cineres corroderè docta vel urbés.  
 Maior Alexandris Pudor est, & fortior, Orbem  
 Qui gladio secat, & vincit, dum diuidit. ictus  
 Est reuocare animum curis, aut vellere; cura,  
 Pacis alumna, animis vt inhæreat vna salutis;  
 Hæc celerare fugam, & Mundi præcidere fastus  
 Coget Alexandram, cursusque iterare volucres  
 In mea Tecta. Diem quoties Sol efferet vndis  
 Hesperijs, nostro pendebit sedula vultu;  
 Donec virginæ dux atque antistita pubis  
 Clausa loco, nostris, non clausa, morabitur aris.

Hauri vitales auras, & conscia cælo  
 Lumina tolle; tibi iam nostra Cubilia lucem,  
 Fecundamque Deo mentem, Francisca, ministrant.  
 Ergo meam fortire Domum, & spe læta futuri  
 Pone rudimentum Virtutis, vbi hospita Virtus  
 Pulsa olim terris habitauit, sceptraque auita  
 Rursus inaurauit diuino sanguine. Pennas  
 Iam Superi expediunt, vt te per aprica ferentes  
 Æquora lucis, onus dorso flammante locatum,

Ædi.

*Marg.*, quia  
 Lauretânâ fre-  
 quenter na-  
 bat, pedum  
 pellis, calcea-  
 mentorum in-  
 slar, incorru-  
 pta seruatur  
 ex v.

*Castitas diui-  
 dens mundû,  
 S. Epiph.*

*In oppido M<sup>o</sup>  
 talbodo B. Ale-  
 xandra V.  
 ritam san-  
 ctissime egit  
 ad annû 90.  
 Lauretânâ  
 Virg. inuisent  
 In vit.*

*In S. Laur. Sacellum frequenter ab Angelis portabatur. ex v.* Ædibus in nostris deponant: altiùs alis  
Te noster vegetabit amor. Lac vberè suges  
Pupa meo: lactente labro mea nomina promes.  
Literulas formare manu, serere ore docebo  
Verba puellari, scripsi quæ sanguine Verbum,  
Quæque characteres docui Cruce ducere vitæ,  
Atque cruore loqui, pœnarum, è matre magistra.

*Hæc à Virg. docta est. ex vit.* Pingere acu telas, operosa puellula, disces  
Arte meâ, dextrâque mea; deuolnere pensa,  
Exercere colum, fusam torquere, supinis  
Et leuiter digitis deducere fila. laboris  
Ipsa tui solamen ero: tibi stamina vitæ  
Ipsa tibi molli nebo Pietatis in auro:  
Curarum, sed carpet acus, subigetque, trahetque  
Aurea fila. solent virtutum inducere gemmas,  
Et telis hæc tela decus, dum vulnera textu  
Infligunt, vitamque ferunt. tibi pollice vita  
Texetur nostro, mollita laboribus, ore  
Sed pretiosa meo: Cæli bibit inde colores.  
Me coram, Francisca, dies patrona dolentum,  
Oratrixque disertâ oculis, agitabis; & iram  
Importuna Dei vinctes, dum verba locabis  
Depositis causis miserorum. Fœmina prolem  
Damnatam informi letho, pronamque sub icu  
Carnificis mediâ rapiet de cæde; fatigas  
Dum longè precibus mea Limina, Rostra salutis.

*Pro fœmine filio informi letho tam damnato Laur. Virg. supplicat, & abreptum à uoce matri redonat. In v.* Iam Solio victura meo gens proxima surge:  
Concipe flagrantes animos, & viuida corda:  
Pulchris virtutum gladijs accingere, & Ædes  
Cinge meas. Decet Heroas, tegere Atria Verbi,  
Et vallare armis. Plusquam Salomon Deus hic est.  
Virginis ad voces festo Septempeda plausu

Tota resultauit: nox lumine picta diurno  
 Dispulit errantes nebulas: ardoribus auræ  
 Flagrauerunt: tremunt Superum concentibus æther:  
 Aligeri in numerum conspirant: carmina neruis  
 Confundunt resonis: sibi Dædalus, Icarus, errat  
 Lubrica vox, similemque viam fugitiua recurrit,  
 Et redit, & rursus se dulci errore requirit,  
 Argutis emissa vijs: assurgit in altum  
 Mox deprensa: hæret suspensa; repullulat; vndat  
 Fracta, refracta, gemens, iucunda, vibrata, voluta,  
 Præcipiti reuocata fugâ, exultatque volatque  
 Non eadem, rursusque eadem, discrimine crescens  
 Multiplici. Diui Aligeris sua gaudia miscent  
 Ombra: sollicitant citharas, animantque loquaces,  
 Conciliantque sonos iucundo scedere voci.  
 Aspectu Regina Domus, & carmine gaudet  
 Cælituum, qui mira Laris portenta beati,  
 Dum centum geminos humili de vertice Soles  
 Parturit, ingeminant. Vrbs Ætheris, aurea muris;  
 Et plateis gemmata, vale. tibi limine candet  
 Vnio, & hic etiam gemmat Pudor, ardet, & albet;  
 Pandit iter, niueamque viam. tibi sidere texto  
 Mœnia collucet: lecto pro marmore fulget  
 Hic nitor astrorum Paupertas; lectaque terris;  
 Imperium cæleste parit: resplendet in auto,  
 Quod fugit, & calcet. ponunt tibi lucida gemmæ  
 Fundamenta: Dei sed dextera fortior Ædes  
 Has fundat; sternetq; Domo capita inclyta Regum,  
 Non lapides. Ergo aula, vale stellantis Olympi.  
 Hæc Superi memorant, & multisono modulatu,  
 Et plectro argutis fidibus sonat aura volantum.

*Angel. cantus  
 & SS. plau-  
 sur.*

*S. Domum sa-  
 lutant.*

## ITER LAVRETANAE DOMVS

## LIBER XXVI.

## ARGVMENTVM.

*B. Virgo Fidem ad se vocat, eique pro Regia suam in terris Domum assignat. Reginas ac Reges ad hanc venturos prädicit, & Christinam praesertim Sueviae Reginam, cuius egregia facta Celitum Regina commemorat.*

*B. Vir. per Angelum vocari iubet Fidem ad se.*

*Fidei Domus in cali suburbis, quia Fides in calo non est, ubi omnia clara.*

*Lapides Domus, carbunculus, & amethystus: alter enim obscuritate Fidem signat, charitatem alter ardore, qua Fides animatur.*

**E**Cce antè, Superùm dū plausibus infremit æther;  
Maiestate manum flectens ad iussa, Virago  
E circumfuso pennati examine cœtus,  
Euocat Aligerum, sic voce loquuta. Parentem  
Quære Fidem decorum, donum inuariabile mentis,  
Fertile Virtutum, rutila è caligine natum,  
Numinis è folio quæ filia luminis vndat.  
Non ignarus ades, quos impleat illa Penates  
Plena Deo, tenebrisque suis vbi fulgura iacet.  
Dic age se nostro statuat pulcherrima circo,  
Mutatura Domum, libabit pleniùs vnde  
Luminis integros haustus, cæloque fruetur.

Aliger excepit nutu mandata volenti;

Et sedis quæ se radijs via lucida pandit,

Cæca subit voluceri Fidei penetralia cursu.

Est locus (Aligeri diuina suburbia dicunt)

Ætheris ante fores primoque in limine, gemmis

Ebrius obscuris; sed opaco lumine vincit

Gemma diem, solemque parit, dum concipit umbras.

Multus ibi atrato ridet carbunculus ore,

Lucis & ignescunt scintillæ, dulcis & horror:

Emi-

Emicat è nigro maiestas candida vultu ,  
 Et velut ex ic̄to salit ignea lympha lapillo.  
 Cum tonitru qui rumpit humum, cælumq; requirit,  
 Editus è tenebris, olli se luce maritat ,  
 Miscet & ardores Amethystus. Scilicet ima  
 Viscera telluris, rupes, obstacula, montes  
 Perrumpit generosa Fides & in Æthera fertur .  
 Vtraque gemma lares hinc fabricat ; vtraque signat  
 Sublustres Fidei nebulas, & lumen Amoris .

*Amethystus  
 erumpit è tel-  
 lure cum toni-  
 tru .*

Ingens aula intus simulacris consita multis .  
 Cælati Reges auro, Regumque parentes,  
 Quos Regno pretiosa Fides spoliauit & auro .

*Regna pro Fi-  
 de abdicantiũ  
 simulacra in  
 aula Fidei .  
 Moyses Pha-  
 raonis aulam  
 despiciens .*

Stat tumidus fastu, sed paupertatis; Anubis  
 Dum frustra latrat & terret; contemptor honorum  
 Atque honor Ifacidum Moses; & dona Tyranni  
 Impauido passu, quo trajicit æquora, calcat.  
 Ex aula fugit Achabi, centone superbus  
 Elias, Fideique sedens modò Principis aulâ,  
 Explicat illusas ardenti murice vestes .

*Elias Achabi.*

Qualis ades Theodora? iacis virtute virili,  
 Mixta viris, tua sceptrâ; feris sed vulnere pulchro  
 Quotquot Cælituum simulacra, vel Iconas vmbri  
 Occuluere Erebi, vel deleuere cruore.  
 Nunc operosa tuâ, viuaxque in imagine regnas .

*Imperatrix  
 Theodora, que  
 restituit sacras  
 imagines . ex  
 vit.*

*Imperatrix  
 Augusta in  
 amorem sui  
 crudelis.*

Sæua, minax, crudelis ades, dum proteris aulam,  
 O Charitum formose lepor, Superûmque voluptas,  
 Non semel è Regno fugitiua, sed aspera semper  
 Et Regni lenocinijs & planibus Orbis,  
 Maior & imperijs, Augusta, & celsior astris .

*Edelrida Re-  
 gina solita  
 frontem cruce  
 signare . ex v.  
 Beatrix per  
 arma fratris  
 germani fu-  
 git è Regno.  
 ex vit.*

Edelrida iugata Cruci, Cruce nobilis, effert  
 Hoc frontem redimita iugo . Micat ore Beatrix  
 Proxima, ceu fulgur fugitiuâ luce coruscum .

Hæc

Hæc etenim Regni fallacia fulgura , fratris  
Tela per & gladios , & militis agmina fugit .

Indignabundo Fortunam despicit ore,  
Et Fortuna sibi , stellata volumina cæli  
Et stabiles agit ipsa rotas, fortemque laborat  
Ipsa suam Chunegunda . Manus vicina Batildis  
Admouet, atque globum dum calce volubilis Orbis  
Verberat, astra leuis vertiginæ versat amoris ,  
Imponitque comis, quas pondere soluit inani,  
Atque catenato Regnorum , libera , luxu .

*Cæsara Persarum Reg. maritimum, & Civis ad Christi fidem adducit . Persarum Reges clauderent in cervicali diuitias .*

Persidos alato calcat pede Cæsara gazas ,  
Atque auro graue cervical . Trahit agmina secum  
Millia Persarum, Fidei quæ subijcit armis  
Coniuge cum victo, quem Christo subdit, & amne  
Læta salutari, non Martis sanguine rorat .  
Fortior antiquo sic Cæsara Cæsare pugnat,  
Fortior & vincit, victisque impertit Olympum .

*Radegundis Gallia Regnum liberat à Simonitis, et Gezzitis, mox fugit, ex v.*

Tortilis Ambitio pedibus Radegundis, vt aspis,  
Muta licet , muto contorquet fibila ab auro .  
Interpuncta graues maculis stellantibus alas ,  
Nescit Auarities paribus sua vincula nodis,  
Pectus & obscænum caudâ collumque remulcet,  
Mole sub immensâ Reginæ saucia frontem.  
Illa , oculos cælo figens , obliuia terræ  
Potat , & in spiris graditur secura colubri .

*Kinga Polonia Regina Virgo deserit Regnum . Sol sub Zodiaco dum fugit, astris coronatur.*

Horrida bellorum caput intra nubila condit ,  
Et rutilat, nigrâ ceu Sol è nube , pudici  
Kinga Boleslai coniux , & alumna Pudoris .

Ermemburga, fugax è Regni lucida monstris,  
Luce coronatur . Sic Scorpius, Vrsus, & Hydra,  
Centaurusque , Canisque, Leo te, Phœbe, coronant,  
Dum sub Zodiaco fugis astra, & cingeris astris.

Margaris, Heduigis, Sexburga, Editha timenda  
 Hostibus è tumulo, belli velut arce tonantis,  
 Viuitis in vestris simulacris. Sanguine Ositha  
 Sanguine picta tuo, non Regni murice fulgens,  
 Attollis caput è rosea ceruice resectum,  
 Terribilisque neci graderis, quæ pectora Regum  
 Terrificat: portas tua viuida funera virgo,  
 Sanguine pulchra tuo, cunctis Reginaque Regnis  
 Altior, ipsa tibi vertex sine vertice honorum,  
 Dum cælum, ferro demersâ fronte, superstas,  
 Subijcis & Fidei diadema, & subijcis ensi.

Magnanimas Helena ex oculis iacit ignea flâmas,  
 Non fax bellorum sed amoris, transfuga Regni  
 Nobilis; vt, Solymæ peregrina, in Numinis ostro  
 Regna colorares, Solymæ quod purpurat aruis.

Gloria Lusitadum, decorum flos, pulchra pudicæ  
 Stella venustatis, Ioanna in veste renidet  
 Virgineâ. prope Sol, formam miratus honestam,  
 Inuidus exalbet, radios & syrma reducit,  
 Et coquit inuidiam tacito splendore, capillos  
 Pro seruo fidus contexto lumine vestit  
 Virginis, exosæ grauidum diadema labore.

Cætera quid memoré? Cum signis symbola Regû  
 Ante Domum Fidei pendent, qui Regna volentes  
 Deseruere fugâ: profugos, velut umbra, sequutus  
 Ast honor est; peperitque decus, fugère quod vltro  
 Imperij decus. In rutilis emblemata filis  
 Atque auro, scribuntur acu. Ratis adnatat æquor  
 Nuda opibus, leuis ad cursum, quæ pressa ruebat  
 Impositâ sub merce gemens, luctataque ventis.  
 Oceano inuehitur flumius, quem ripa coronat.  
 Arboribus: tamen ille fugit, nec serua relinquit.

Haud

*Editha tonat  
 è sepulchro. ex  
 vit.*

*Ositha Virgo,  
 & Martyr  
 suū caput pro  
 fide resectum  
 per tria mil-  
 liaria Aposto-  
 lorum portat  
 ad templum.  
 ex v.*

*Helena Adia-  
 renorum Re-  
 gina Regno  
 relicto Hiero-  
 solymam pere-  
 grinatur. ex  
 vit.*

*Ioanna om-  
 nium pulcher-  
 rima Regina-  
 rum dum fu-  
 git è Regno,  
 nouum sidus  
 apparet; dum  
 moritur eclipsi  
 Sol patitur.  
 ex v.*

*Emblemata  
 in Fidei muris  
 appicta, eorū  
 signantia vir-  
 tutem, qui om-  
 nia pro Fide  
 deseruere.  
 Nauis exone-  
 rata mercibus  
 ne mergatur.*

*Fluvius, dum fugit, in ūbra-  
tur arboribus,  
& coronatur.  
Rete quod iacitur,  
ut impleatur.  
Nubes, quæ, cū fugit ignis  
effulget.  
Silva ante Fidei Domum  
virore spem signans, quæ  
Fidei iungitur.*

Haud secus illustris Regni quibus imminet umbra,  
 Dum fugiunt diadema, gerunt. Effulget in auro  
 Cymbula piscantum, quæ tramite spumat aquoso,  
 Et labyrinthum iacit æquore limen Arachnes,  
 Ut pelago prædam referat, genus omne natantum.  
 Non aliter iacitur Regnum, quò retia Cælum  
 Impleat hoc iactu cum scenore. Cerritur ignis  
 Fulmineus rutilare fugâ: fuga lumina fundit.  
 Sic rutilant, fugiunt Regni dum nubila, Reges.  
 Vestibulū ante ipsū tenebris nemus horret amœnis:  
 Palmis atque oleis, lita Sole, intermicat umbra,  
 Et Fidei inbar umbrosū, semperque virentem  
 Spem signat, quæ, iuncta Fide, confundit honores,  
 Et florum primo promittit germine fructus.  
 Omnis at arboribus pressa est, aut tonsa corona;  
 Ut ramis iterum quærant felicibus auras,  
 Pullulet atque recens meliori fronde corona,  
 Luxurietque minùs, magis ut pubescat. In aula  
 Symbolicis clarâ signis hac regnat, & ardet  
 Nube Fides rutilante sedens; baccataque pendet  
 E collo torques, donum socialis Amoris,  
 Qui nexu vincit pretioso pectus amantum.  
 Olli oculos nubunt sacra flamma, clariùs inde  
 Æthera rimatur, clausoque in lumine gaudet.  
 Impenetrabilibus pia pectora textilis hamis  
 Circumdat lorica: comæ sub cassidis auro  
 Compescunt freta fulgorum, cœu littora fluctus,  
 Pro clypeo manus attollit generosa Volumen,  
 Scribit vbi leges & nuntiat igne disertus  
 Legislator Amor, qui nudulus, exul ab aula,  
 Postquam pro solio rigidis infedit aristis,  
 Diuitijs Reges denudat, Regibus aulas,

*Fidei clypeus  
Euangeliorū  
liber.*



Vi Fidei telisque potens . Flagrat ignea fornax  
 Huius & ante domum, qua fabricat arma. camini  
 Non fumo, sed luce fluunt : sunt astra, volantes  
 Aëre scintillæ . Sol ad fornacis hiatum  
 Excubat, & versat gemmatâ forcipe lucem ,  
 Extimulans ardoris opus; stellisque coronas  
 Constat, & in clypeos radiorum fulgura cudit .  
 Dum stellis diadema calet, Spes feruida votis,  
 Et Pietas opus exercent cum Sole: coronas  
 Et torques frangunt, perituraque sceptrâ . Sub icu  
 Stridet, & in partes concisum irascitur aurum ,  
 Pallet & inuidiâ stellarum, fragmina lucent  
 Calcato projecta solo, conuulsaque tundunt  
 Sceptrâ pauimentum, resonatque incudibus Ædes.

Hæc Fidei sedes; hæc magni curia Regni .  
 Nuncius hanc pennis subit Aliger; atque ita fatur .  
 Clara Dei soboles, Genitrix pulcherrima Diuûm,  
 Fons Veri, mentis lampas, stella Ætheris index,  
 Æternique auriga boni, virtutis origo,  
 Solque tibi tenebrisque tuis, velumque reuelans  
 Numinis oclusos pulchra sub nube nitores,  
 Virgo vocat : celera gressus . Septempeda montes  
 Arbore vbi vestit multâ, te, Diua, moratur,  
 Reddidit illa. sequar tua dicta: Parentis ad ora  
 Conspectumque libens venio; nam fronte lepores  
 Æternos afflat, spiratque in Virgine Numen .  
 Illius ipsa animos & viscera luce maritâ,  
 Fertilibusque tegens nebulis, in castra parauit  
 Numinis : in tenebris sua nam tentoria ponit,  
 Hæc ait, & violâ crines redimita perenni,  
 Subnigra quæ ridet, curru superassitit, Orbem  
 Quo lustrat, pulsatque rotis idola teritque ,

*Fornax ante  
 Fidei domum,  
 ubi eius ar-  
 ma cuduntur.  
 Sol fornacem  
 custodiens in  
 operibus arde-  
 ris Eccl. 43.  
 Sol coronas  
 astris constat.  
 Sub sole ma-  
 gistro fabri  
 Spes, & Amor  
 frangunt mal-  
 leis caduca  
 Regnorum or-  
 namenta.*

*Angeli à B.  
 Virgine lega-  
 ti ad Fidem  
 oratio .  
 Fidei respon-  
 sum .  
 Christus cum  
 Diabolo pu-  
 gnaturus in  
 utero B. Virg.  
 velut in ta-  
 bernaculo ar-  
 maturam hu-  
 manæ carnis  
 sibi adaptauit  
 Ricc. à S. Lau.  
 Fides coronat  
 tur violis,  
 quia subobscu-  
 ra .  
 Fides currû  
 inscendit.*

In cælum tollens faxorum è puluere nubes .  
 Hoc tua perrumpit, Mahometes, cornua curru :  
 Hæreseos premit hoc frontem : in ceruice rebelli  
 Hoc reperit generosa viam, dum in calle cæstas  
 Et frustra colubri fera terga opponit : in omnes  
 Hoc peregrina fugit terras; & funere vitam ,  
 Se reparat damnis , & luctu gaudia fundat ,  
 Christiadum largo fata sanguine, vulsaque maior.  
 Planta velut , tenero matris quam corpore durus  
 Agricola abscindit, sulcisque atque obruit aruo,  
 Non tumulo segnis iacet illa, sed exit ab imis  
 Stirpibus , & vacuos crescit digesta per agros .

*Fides, ut plā  
 ra, que scētā  
 pullulat ma-  
 gis, ac floret.*

His inuecta rotis, penétralibus exit opacis  
 Clara Fides . Sol vmbatur gradientis ab vmbra,  
 Et, velut vmbra, noui fugit obuia lumina Solis .

*Fidei aulici  
 post currum.*

Certatim aduolitat currū chorus omnis Honorū,  
 Maiestas, contemptus opum, facundia linguæ,  
 Gloria, pax, primo vernans in flore voluptas,  
 Diuaque contemplans, cui se præpandit Olympus,  
 Et Charites adsunt omnes. Irritat hiantes  
 Ille manu calamos : auram clangore tubarum  
 Ille ciet : digitis per fila canora recurrit  
 Alter, ebur vocale mouens ; agit omnia motu  
 Gaudia, & exultans profeminat aëre cantus .  
 Fusilis ære fluit sonitus ; discordia concors  
 Funditur è labris resonum in certamen amoris .

*Varius sonus  
 & canus.*

Hos ducens per inane chorus, ad culmina mōtis  
 Læta Fides citat alipedes . Videt aurea lucis  
 Flumina virgineo per montem vertice volui ,  
 Bisenumque comis vigilare flagrantibus astrum .  
 Demisit tunc illa oculos: sua lumina flammis ,  
 Virginis inferuit, rupto velut aggere, fusis ,

*Fidei accessus  
 ad Virg.*

Atque ait. O Genitrix, genitique Tonantis imago; *Oraio.*

Diuini speculum vultus; crystallus, opacat

Quam mea caligo, mea lux illuminat; ora

Numinis vt reddat, rutiloque ænigmate pandat,

Fundat & inde faces in Amoris feruida centro.

Virgo iube: tua iussa mei sunt munera Regni.

Cui Virgo. Mea genitrix, Fides, qua sponsus & ardor

Cordis Amor digitum nodo rutilante ligauit;

Qua signare dedit leges, decretaque cæli.

Reddo vices: sit nostra Domus tibi paruula Regnū;

Omnibus at Regnis, Regumque capacios aulis.

Tolle oculos, queis cuncta vides, dum cæca vidêris,

Cernis vt, Aligerūm pennis impexa volantum,

Fertur in oppidulum, pelagus quâ littora curuat?

Hæc est Aula, mei quæ partus conscia, Verbi

Parietibus textit non enarrabile pignus.

Hac in Sede, Fides, Regni tibi Regia posthac,

Et solium dominantis erit: collegaque virgam

Pax tecum geret Imperij. namque Aula Tonantis

Vna duos capit hæc tantum; nec bella mouere

Pax, oblita potest Pacis, fideique rebellans

Ipsa Fides. Quid? quod superis si pelleris aruis,

Et non obscuro muris adamante ligatis,

Hæc tibi sufficiet, tibi concolor, Æthera Sedes,

Nigra situ, sed clara Deo, populosaque Diuis.

Pacifer inde loci custos, velut Aliger, orbes

Qui rotat æthereos, telluris regna mouebit,

Ad tua conueniant quò Limina. Gallus, Iberus,

Dardanus, atque Indus; quoquot, vel frigus adurit,

Siue Oriens afflat, medius vel vulnerat æstus,

Heredes quos scribit opum lucisque preemptæ

Funere Sol terris semper rediuuius eodem,

*B. Virgo Fidẽ  
salutat, &  
laudat.*

*Destinat illi  
Laureti pro  
domo suam  
Domum.*

*Nominat Pa-  
cis collegam  
hac in Domo  
regnantis.*

*Hanc illi Do-  
mum pro celo  
assignat, è quo  
Fides exclu-  
ditur.*

*Totius Orbis  
ad eandem  
concurfus.*

Omnes Æde tuâ populares, montibus omnes  
 In Lauretanis, oculis tua lumina quarent,  
 Cordibus ardores. sic fertur, fulminis instar,  
 Solares aquila in radios è rupibus altis,  
 Et superat cursu volucres: ferit obuia nubes;  
 Immemorem prolis, capiunt quam tædia nidi.

*S. Domus in  
 Ecclesia, velut  
 in celo terre-  
 stri, Firma-  
 mentum, sub  
 quo cæteri or-  
 bes aguntur.*

Mole suâ primum ceu stat non mobile cælum,  
 Semper & in gyrum sub se cælestia verti,  
 Inque orbem glomerari orbis & sidera cernit,  
 Subdita vt hinc fundat Naturæ in corpora vires;  
 Sic immota nouo Domus Æthere Firmamentum  
 Ex omni populos ad se concurrere cælo  
 Prospiciet, facilesque rapi, ceu sidera, Reges.

*B. Virgo Fidẽ  
 hortatur, vt è  
 sua Domo He-  
 resim, & idolo-  
 latriã oppu-  
 gnet, ac de-  
 fruatur.*

Tu regere imperio populos Regesque memento,  
 Nata Fides sceptris. dulci ditione subactos

*Dagon à vici-  
 na Testamenti  
 Arca proiectus  
 in terram, &  
 comminutus.  
 Idola scopuli.  
 B. Virgo præ-  
 dicit Christi-  
 nam Sueciæ  
 Reginam ad  
 Fidei Roma-  
 næ Regnũ ve-  
 ligalem ac-  
 cessuram.*

Exime seruitio Regnorum: dirue saxis  
 Saxa tuis, quæ, prona genu, ruitura sacrauit  
 Cæca superstitio, populo deuota Deorum.  
 Suggestet hæc Ædes tibi saxa, ligata perenni  
 Quæ nexu, scelerum molimina fortia soluunt.  
 Vt capitis minor, antiqua deiectus ab ara  
 Arce tuâ legisque Arcâ, se puluere Dagon  
 Ipse suo voluit, truncataque dextera læuam,  
 Frons oculos, oculi frontem fugere caducam;  
 Sic folio quate saxa tuo, scopulosque salutis,  
 Quos colit, exanimisque; animat Dis flamme mortis.  
 Hæresis elisos hinc sæua recolligat angues:  
 Addiscat tua frena pati; sua dicta retractet:  
 Et, qui dat terris & cælo iura, Latini  
 Imperium Patris accipiat. Macte inclyta. palmas  
 Vna tibi centum cumulabit fœmina; centum  
 Vna tibi, posito diademate, ferta laborat.

O mihi dulcis amor, mē digna Viragine virgo,  
 Dulce mihi nomen, sed formidabile Diti,  
 Et Fidei decus æternum, Christina, vocanti  
 Expectata Orbi, dum corrui, erige frontem.  
 Serta relinque, umbrāda Fide, quæ fulgurat umbris:  
 Hæreseos galeam simul excute; casside vallas  
 Dum te Roma suā, muros qua pulsat Olympi  
 Perrumpitque, Dei gremio positura theatrum,  
 Et solium Regni, fascesque ex hoste receptos.

Secloꝝ postquam varius circumfluet ordo,  
 Christina ex vteri tenebris ad lumina vitæ,  
 Hæresis in noctem caput efferet. ipsa sed umbris  
 Natura in medijs dubio se lumine prodet.  
 Inerit hæc animis nam primū femina Recti,  
 Iustitiæ formas, simulacra recentia Veri,  
 Virtutumque rudimentum, fundamen Honesti,  
 Numinis impressum lumen, tabulamque colorum,  
 Gratia quos ducat. Quisquis genitabile lumen  
 Naturā duce rimatur, non mente colorat  
 Obscenas scelerum faciēs; non pectoris æstus  
 Suscitāt insani, pronasque in crimina flammās  
 Fomitis impuri: rectæ rationis imago  
 Sed micat ex umbris; componit visa tumultus;  
 Multa mouet; terret; docet; increpat; obijcit Æquum;  
 Respondet consulta; Dei delibat amorem  
 Per species rerum irriguum: contagia primi  
 Sentit adhuc sceleris, sed protinus expuit; atram  
 Serpere nec patitur tacita in præcordia pestem.  
 Fulgurat hinc animus primæua luce serenus,  
 Degeneremque luem culpæ repentis ab ortu  
 Exosus, vitium, Naturæ incude, refigit  
 Lucis ad igniculum, qui Numinis exilit ore,

*Christina or-  
 tus in media  
 Lutheri hæ-  
 resi.*

*Describitur  
 natura lumē,  
 cuius ad leges  
 Christina vi-  
 sit.*

Se regit, & studijs intercipit otia pulchris :  
 Excolit ingenium curis, mentemque volantem  
 Includit Sophiæ gyro . Vix vertitur ætas  
 Prima tibi, Christina, æui leuis aura futuri,  
 Ver tenerum vitæ ; cum molles incoquis annos  
 Artibus ingenuis, & primo lumine mentis .

*Christina pœ-  
 tria, & Ama-  
 zon .*

Cælibe sub cura, magni sub pondere Regni  
 Sceptra manu citharamque feret, lituumq; tubamq;  
 Bellica virgo, Iuditha manu, sed Debora mente,  
 Ingenioque Iahel, contemptu syrmatidis Esther,  
 Virginitate Sibylla . Omnes ingentibus ausis,  
 Ambiet ornatus animi, non corporis ; omnes  
 Corde vno linguas, par omnibus vna, loquetur .  
 Corde vno complexa Orbem cælumque, locabit  
 Mente Rhodum, linguâ Latium; Romamq; sub imo  
 Pectore terribilem placidamque fouebit; Athenas  
 Ore feret, Romana fide, Spartana labore,  
 Sarmata quadrupedum ductu miroque volatu .

*Fœmina om-  
 nium lingua-  
 rum .*

*Perita equitã  
 di, scribendi,  
 pingendi, scul-  
 pendi, pugnan-  
 di .*

Mobilibus digitis calamum, gladiumque mouebit,  
 Scalpraq; cum pennis, quas imbuet imbre colorum .  
 His tabulas, illis lapides animabit, & hostes  
 Ferro, vulneribus, profuso sanguine pinget .

*Philosophia  
 studiosa, histo-  
 rie, pœsis, ora-  
 toriæ .*

Quidquid terra parit, lactatur & vberis roris ;  
 Quidquid Sol Oriens, & adultus, & æquoris vrnâ  
 Aspicit occiduis, pelagi quod conditur vndâ,  
 Iura poli, Solis cursus, & mobilis anni

*Amica littera-  
 torum, inimi-  
 ca otij .*

Maturas cum lege fugas, occultaque rerum  
 Semina, Regnorum mores & prælia Regum ;  
 Quod Cicero sonat ore, manu quod gessit Achilles,  
 Quidquid & historici sudarunt, omnia noscet .  
 Ingenijs ignes, irritamenta Poëtis  
 Cynthia stellarum subdet; trabeataque Sole,

Tempora temporibus furabitur, otia nocti,  
 Se sibi. Contemnet populantem pectora febrim;  
 Vndantesque comas, queis nauigat hora fugitque,  
 Naufragiumque subit Sapiencia, vertice ab imo  
 Et curas simul abradet. diadema decorum  
 Frontis erit nuda doctrinae circulus omnis.  
 Attamen haud sterilis mœret Sapiencia virgo.  
 Omnia progenerat, dum despicit omnia. Titan  
 Dum terram fugit, irradiat vel luce, vel auro.  
 Luce animi Christina ferax, in publica Regni  
 Commoda fundetur. Se virtus prodiga pandet.  
 Iurabit populis generosi pectoris ignem;  
 Præmia magnanimis, stimulos at inertibus addet,  
 Inuariata animo, vultu variata sed vno;  
 Terribilis, mitis, clementer acerba; timores  
 Gaudiaque ex oculis stillabit, amoris & iras;  
 Nunc eadem, nunc non eadem. modò gratia frontis  
 Lumen erit miseris, mox ingruet inde procella;  
 Seria laxabit facies; mox induet umbras.  
 Si tegat arcanum non perscrutabile pectus,  
 Nemo resignabit. Pietas, Astræaque cinget  
 Astecla Reginae solium, procul inde tumentes  
 Extrahet Ambitio pennas, vnguesque rapaces  
 Turpis Auarities: defuso candida nimbo,  
 Et Sophiae similis, cumulado depluet auro.  
 Nil præter dotes animi sibi congeret. artus  
 Murice non Tyrio accendet, digitosque pyropis,  
 Collaque gemmatis captiua monilibus. astris  
 Mens torquata coruscabit: non syrmarum lambent  
 Fluxa solum: manus vna fluet, sed turgida donis,  
 Larga manu, tantùm se colliget; atque fluentis  
 Temporis vna tenax & auara, dolebit in auras

*Vel cum fe-  
 bri Regni cu-  
 ris, & studijs  
 indulgens.  
 Capillitium,  
 ne ornatu va-  
 no terat tem-  
 pus, abradet.*

*Eadem maie-  
 state vna ter-  
 ribilis, et ama-  
 bilis.*

*Secretorum  
 custos.*

*Honorum pro-  
 digi non aua-  
 ra.*

*In natali Sa-  
 pientiae feruēt  
 aurum e calo  
 depluisse.*

Prodigere hoc tantum, studijs reuocabile nullis,  
 Sic stabile Imperium, sic secula mille parabit;  
 Atque voluptatis domitæ Regina, refundet  
 Corporis ardores in fortia facta; facesque  
 Extinctura maritales, accendet amorem  
 Virtutum, vincet volucris quo tædia Regni.

*Christina ge-  
 sta in sua gen-  
 tis salutem.*

Dum nunc magnanimum pectus cædebit honesta,  
 Fax eadem, in populi vigilabit viua salutem.

*Ipsamet Regi-  
 na medias in-  
 ter flammæ  
 sapiens excur-  
 rens animat  
 populos, comas  
 accendit, &  
 bæchantem  
 undique flâ-  
 mam extin-  
 guit.*

Dum commota cident per lignea tecta fragorem  
 Undique laxatis ventorum incendia flabris;  
 Ah quoties, oblita sui, Christina per ignem,  
 Quâ premit atratâ muros testudine fumi,  
 Exterebrabit equo flammæ, sceptroque morantes  
 Pellet in auxilium. manibus mox ipsa reuellet  
 Pabula Vulcano; populares insuper amnes  
 Infundet, sudore cærens. face crinis ouanti  
 Nidorem dabit ambustus crepitanisque; sed illa  
 In medijs ardens rutilis torrentibus, ora  
 Deformata gerens fumo, terrebit amoris  
 Igne faces; pendente domo nec territa, nubes  
 Ignitosque globos media in caligine franget.  
 Se murum opponet, dum diripit omnia vortex  
 Flammeus, insultans maiori mole timendus.

Fuderit incertos postquam Natura nitores,  
 Succedet Fidei meliori lumine lampas.  
 Cura salutis, amor cæli, Sapiëntia Veri,  
 Clausa pererrabunt taciti penetralia cordis,  
 Incipientque diem diuinâ promerè luce.

Omnia rarefcent paulatim nubila. Vultus  
 Hæresis anguiferæ primùm sub corde pauores  
 Ingeret occultos. non exuperabile bellum  
 Mens sibi succendet, sibi arena, tumultus, & hostis,

*Post naturæ  
 lumen sapien-  
 ter adhibitum  
 prima prælu-  
 cet in Christi-  
 na Gratiæ cæ-  
 lestis aurora.  
 Incipit Chri-  
 stina de sue  
 sectæ veritate  
 dubitare.*



Turbinibus iactata suis, incerta, fragosa,  
 Errabunda, adigens labyrintho devia gressus.  
 Inde Fides animat dubiam, dum lumine certo  
 Obijcitur menti, sibi consona, firmaque nexu  
 Non exoluendo, per secula cuncta superstes,  
 Integra diffidijs populorum, animosaque cæde,  
 Casta, sibi constans, secura, operosa, perennes  
 Spes ultra terras tendens morituraque regna,  
 Consita prodigijs, & adulta labore, retusa  
 Non ense aut flammis, spatijs contermina cælo;  
 Et riuis opulenta suis, Reginaque Regum.

Parte alia patriæ leges, stillata Lutheri  
 Illecebrosa lues cum lacte, pericula regni,  
 Fortunæ mendax pellacia, imagine Veri  
 Oblita multa, odium populi rationis habenas  
 Hinc quatient atque hinc, facilesque in gaudia risus  
 Turbabunt curis, lemniscatoque duello.

Instabit precibus Christina, volatile ferrum  
 Prælia non dirimit mentis, sed vota precantum.  
 Ergo, multa mouens, sic fletibus astra laceffet.  
 Vnde hæc, ò Superi, tempestas mentis, aperto  
 Currit iter dum Pax vultu, volucresque iugales  
 Per mea regna regit? Sapientia, pacis origo,  
 Dirige nutantem: veri da Numinis hauustus:  
 Da Fidei melioris iter. quò duxeris, ibo:  
 Me mihi distractam, detersâ nube, reponè.  
 Te sequar, è Regno quamuis peregrina, vel exul;  
 Mè minor & maior, quia tecum grandior Orbe.  
 Regna Deo mutasse iuuat, Patriamque salute.  
 Ingentes titulos, & vani nominis umbras  
 Luce tua sepeli: placet hac in luce sepulchritum.  
 Procubuisse tibi, Regnum est. Succedere Olympo;

Nu.

*Vera Fides  
 incipit eandem  
 illuminare.  
 Rationes qui-  
 bus illa, ut  
 certa, & vera  
 proponitur.*

*Illicia è Luth-  
 theri secta:*

*Querit preci-  
 bus è cælo lue-  
 ment.*

Numinis heredem scribi; Crucis esse iugalem,  
 Qua sedet Omnipotens, hæc Regū gloria. Magni est,  
 Esse nihil, si dona nihil parit omnia; cinctum  
 Soluere cum trabea, trabe si pendere Tonantis,  
 Et spes hic datur, atque omnes suspendere curas.  
 Me mihi seruabo, regno si nudor & auro:  
 Te mihi seruabo, Sapientia diues honorum,  
 Et chlamydem stellata. Fides me vera coronet;  
 Serta procul iacio; calco diademata. abite  
 Patria, diuitiæ. pretiosior omnibus vna est,  
 Vna terit quæ cuncta Fides: tibi spondeor vni  
 Virgo procos exosa omnes, tibi nabilis vni  
 Flos Fidei, diuina Parens, aurora salutis,  
 Tu quoque sparge diem. tibi Sol Sapientia pectus  
 Purpureis ornat radijs; variabile sidus  
 Sub pede dum pallet, perituri tessera regni,  
 Et variantis imago boni, quod temnimus vltro,  
 Pectora si Fidei solari lumine vallas.  
 Ergo adsis, Genitrix; vultu præcurre sereno.  
 Ipsa tuis adero Templis, vbi corporis ostrum  
 Induit humani, seque in Laurentide siluâ  
 Sol Deus oculuit, nemorosa mulcet in vmbra  
 Dum iubar immensum, niueique incendia cordis  
 Hic, rea tunc voti, sceptrum & diadema locabo:  
 Pro seruo tua Laurus erit; sceptrumque Puellus,  
 Quem complexa sinu, pro sceptri pondere fulcis.  
 Hæc illa. Auditas lacrymas, & vota monebit  
 Lux subito vibrata animo, pax reddita menti.  
 Tunc iterum Christina. Deus, Deus incidit; æquor  
 Et tempestates hic pectoris æquat: Olympi,  
 Corda serenantis, vix aggere gaudia claudio.  
 Effluo littoribus regni, Patriamque relinquo,

Tur-

*Orat B. Vir-*  
*ginem, ut nu-*  
*tantem regat,*  
*ac dirigat.*

*Vouet Virgi-*  
*nam Laureta-*  
*nam inuisere*

*Illius benefi-*  
*cio pacatur*  
*animus, & il-*  
*lustratur.*  
*Christine ge-*  
*stientis, & iã*  
*in sinu catho-*  
*lica voces.*

Turgida ceu patrijs erumpunt flumina ripis ;  
 Heresis intorquet foedo quâ gutture flumen ,  
 Lapſilis in fraudes caudæque volumina , fontes  
 An miſcebo tuos ; Laureti montibus orta ,  
 Profluaque in Mundi ripas , Pax candida ? Roma ,  
 Roma vocat ; Fidei , quâ Diuûm ſanguine feruens ,  
 Murmurat in cryptis , ceu ducta canalibus , vnda .  
 Hic puro de fonte bibam , quem dextera fundit  
 Septimi Alexandri , non Mundi ſanguine rorans ,  
 Quem trahat enſis , at educto de corde cruento  
 Numinis exhausti gemmatâ clauæ ſalutis ,  
 Roma vocat . Regina docet contemnere regnum ,  
 Vel murare . Vetus cecidit nam Roma , Fidemque  
 Naſta rogum , impoſiti periit ſub pondere Mundi ,  
 Procubuitque ſibi , dum tendit in aſtra , ſepulchrum  
 Ipſa ſibi cinerique ſuo . Sed grandior Axe ,  
 Quæ fuit Orbe minor , ſanctè obruta , partaq; ruruſ  
 Et rediuiua Fide , ſe ſe extulit , atque ſuperſtes ,  
 Filiaque , & genitrix , peperit ſe mortua ruruſ .  
 Vicſta Fide , vicit ; quo contigit Æthera , vertex  
 Ipſa ruina fuit , pedibus Regna omnia calcans ,  
 Sub Petri pede regnauit ; captiuaque Reges  
 Hic premit , & totum cum Regibus alligat Orbem .  
 Quæ vicit ferro , vincit Cruce ; ſanguine regnat ,  
 Et populos Pietate domat ; creat arbitra Reges .  
 Si nihil ergo fuit , cum Roma erat omnia ; ſi nunc ,  
 Cum nihil eſt , regnat , fit & omnia Numine diues ;  
 Me iuuat eſſe nihil Fidei dominantis in aula  
 Urbis ad exemplum . Nihil efficit omnia . Regna  
 Sic fabricat Regina Fides . hoc Roma docebis .  
 Roma vocas ; ſequor , & fugio , fuga Solis Olympo  
 Sidera multiplicat . Solis fuga ſternitur aſtris .

*Romam Fidei  
 Regiã ſtatuit  
 iam fidelis  
 adire .*

*Roma vetus  
 cecidit, noua  
 ſurrexit me-  
 lior, ac ſan-  
 ctior. Hinc di-  
 ſcet Chriſtina  
 punere Regni  
 ſuperbiam, ut  
 renouetur in  
 Chriſto nobis  
 lior .*

Sic fugisse iuvat . Parthorum more , sagittas  
 Hæresis in colubrum iacio , fugioque . fluentis  
 Non se vulgabit præcul inclementia pestis .  
 Hæc Regina : dabitque suis fortissima pondus  
 Vocibus , abijciat dorso dum pondera regni ,  
 Exceptura iugum Fidei . Admirabitur æther ,  
 Terraque adorabit per regna aliena , per Orbem ,  
 Orbe cothurnatos calcato , ducere gressus .  
 Quà feret illa gradus , fastus gemet ; Orcus Erynnæ  
 Euomet in cassum ; consumet lumina fletu  
 Hæresis , & pectus rabie . Sed qualia promet  
 Insano lamenta sinu ? Suspiria flatu  
 Viscera quo crudo distendent ? fellis amari  
 Inficiet quæ vena oculos , immissa per artus ?  
 Cum Regina , Deo flagrans propiore , coronâ  
 Septa ducum procerumque , manus in sidera tollens  
 Sidereosque oculos , sic læta precabitur ore .  
 Audiat Omnipotens , & nostri conscia cordis  
 Virgo Parens , Superique omnes , audite . Tonantis  
 Tango aram : testor cælum , violata sequatur  
 Fœdera præcipiti quod fulmine . iura Lutheri  
 Execror & ritus , colubri ceu sibila . inro  
 Romanam Christina Fidem . vis nulla volentem  
 Auertet ; sterneret quamuis resoluta per vndas  
 Mollis humus , solidâque in humû coalesceret æquor .  
 Ut Fidei Christina suæ noua sensa recludet ,  
 Quæque tégunt animi , pia lingua fatebitur ; ardor  
 Quà Fidei rapit & Pietas , Patriisque Latini  
 Visendi studium , votis impulsa secundis ,  
 Vertet iter . Superûm circum plaudente Senatu ,  
 Inde triumphali crines redimita corymbo ,  
 Christinâ properante , Fides , impunè per vrbes

Vesta

*Christina per  
 varias vrbes  
 peregrinatur .*

*Christianam  
 Fidem electos  
 inter proceres  
 in Belgio pro-  
 fitetur solemn-  
 ni ritu .*

*Romam con-  
 tendit Laure-  
 ti via .  
 Triumphabit  
 Fides in Chri-  
 stina .*

Veſta triumphabis , populorum molliùs vndæ ,  
Lætitiâ reſonante , fremet : delubra calebunt  
Plauſibus atque viæ ; medijs in millibus Ædem  
Dum Lauretanam curru ſublimiſeodem ,  
Quo fertur Regina, ſubis collega triumphî .

Cælituum donis opulentam , & Numine Sedem  
Eminus vt fortita oculis Chriſtina videbit ;  
Sentiet arcanis animum ſplendoribus auctum ;  
Atque tuo calefacta rogo , tēque auſpice , curru  
Deſcendet , baculoque viam dimenſa , volucrem  
Irrequieta pedem celerabit regia virgo .

Stabit vt ante gradus , Pietatis in Æthera grefſu  
Ardua ſe tollet ; magnoque in murmure turbæ  
Otia potabit Superūm, lacrymiſque decoris  
Recludet ſibi læta viam per viua virorum

Flumina . Regiſcæ cultus , umbracula Regum ,  
Fulta manu procerum , geminâ ridentiâ luce  
Solis & argenti , Chriſtina repellet , Olympi  
Hic Auguſta, inquit , regnat , ſpectabilis umbris,  
Paupertas Regina , tuis ; ancilla quid ergo  
Regiſcæ tumeat ſaturatis murice velis ?

Me Fidei tegit umbra : regat me pectore Virgo ,  
Amplexuque ſalutari flammantis Amoris ,

Hæc præfata ; aditus ingreſſa , Cubile Pudoris  
Læta ſalutabit noſtri , ſceptrumque coronamque  
Efferet ante aram cum voce . Hic meta laborum ;  
Hic folium, tua, Chriſte, manus , qua bellule matrem  
Pupe ligas . noſtri ſedeant inſigna Regni  
Fixa manu ſtabili , cuius libramine Mundus  
Se tenet, & Regum Fortuna æterna rotatur .  
Seruini : nunc regno . tibi dum ſubditur Æther ;  
Sole aſtrisque coronatus ſuperimminet Orbi .

Numi-

*Chriſtina, vi-  
ſa eminus  
Lauretanæ  
Dom, pedibus  
iter abſoluit .*

*Ingreditur S.  
Domum.*

*Reiecit um-  
braculum &  
umbellam, &  
pompani om-  
nem Virginis  
ante Domum.*

*Salutat B.V.  
Cubile, & of-  
fert gemma-  
tam coronam  
& ſceptrum .*

Numinis in dextra sceptrum loco, figo volucrem  
 Sic fortis Regina rotam, ne voluar ad ima.  
 Fronte tuâ, diuina Parens, diademata pono;  
 Fronte tuâ mea Regna loco. nunc regno: coronam  
 Nunc gero depositam: tibi namq; in vertice florent  
 Omnia Regna: tuâ Deus est in fronte corona,  
 Cuius ab ore ostrum Regnorum purpurat omne.

Hæc illa, ad sacras exinde aduoluitur aras,

*Suscipit in S.  
 Cella sacram  
 synaxim.*

*Corona ab  
 Angelis Chri-  
 stinae texun-  
 tur.*

*Hæresis Dra-  
 conem eius  
 pedibus Superi  
 subdent, ut  
 Deipara re-  
 præsentet ima-  
 ginem sine  
 prima originis  
 labe concepta.*

*Huius enim  
 festi die Do-  
 mum Laure-  
 ranam inuiset*

*Hyeme sauien-  
 te Romam  
 accedit.*

Regalisque dapis diuinum libat honorem  
 Regalis coniuua Dei, Ad spectacula pubes  
 Cælituum, mediâ progressa è nube, volabit.  
 Pars in Christianæ torquebit sidera sertum,  
 In caput obsequio venient quæ tota sequaci:  
 Pars Solis radios, ceu fila micantia, necet  
 In rutili thoraca sinus: pars rupibus Anguem  
 Hæresim ab Arctois, ad frena inuisa coactum,  
 Subijciet Suecæ pedibus, furiale vibrantem  
 Flumen ab ore. premit sed gutturis antra virago,  
 Nexibus ille suis se vinciet: orbibus orbes,  
 In sua membra redux, per viua volumina finget,  
 Digeret atque iras in missa fluenta, veneno  
 Spumea Tanareo, cæloque caduca. furori  
 Sed Christina viam, transfixo pectore, pandet,  
 Ne tota exoneret patulis se faucibus ira.  
 sic habitu formosa meo, solemnia lucis  
 Festa celebrabit, primæ qua nescia labis,  
 Primum vitalis momentum luminis hausi.

Hinc, velut æterni de carcere missa nitoris,  
 Curret iter Christina. Noti componite bellum;  
 Mæque iubente, hyemis furias compescite Cauri:  
 Este boni: preme te Boreas: Zephyritides auræ,  
 Plausus adulantis cæli, spirate fauentes.

Vos quoque, in hybernis equitâtes nubibus, imbres,  
 Ventorum flabris stimulisque resistite; donec  
 Ingrediatur, apex Regum, Christina Senatûm  
 Regibus augustum multis, quem Roma veretur,  
 Et cui perpetuò diuini Spiritus oris  
 Præsidet, & tacito dispensat numine voces.  
 Septimi Alexandri vestigia lambere virgo  
 Ambiet. hinc super astra feret Regina volatum:  
 Hic etenim pes astra terit, dum Tartara pulsat.  
 Hic tua turris erit, fugitiua Columba; colubrum  
 Hæresis vt ludas, candoris tuta niualis.  
 Hic tibi mons. Aquila heroum, speculaberis hydros  
 Hoc è monte, sub Arctoo qui frigore torpent;  
 Sed tamen ardebunt rabie, dum vulnera figes.  
 Hoc è monte, acies volucrum pertaxa minorum,  
 Immortale iubar Fidei rimaberis. inde  
 Vinida Sole nouo, quæ temperat Æthera, dextram  
 Ore premes pauido. Quo tunc tibi gaudia sensu,  
 Quo vehet allapsu Pietas? Hæc dextra recludet  
 Aurea Cælituum tibi flumina, lucis, honorum,  
 Atque voluptatis non deficientis Erythram.  
 Hæc tibi rheda manus, stellis radiata: per Urbem,  
 Per terræ tractus, conuexa per ardua cæli  
 Hæc te dextra feret. Transcribere desine fastis  
 Roma Duces, peperere tibi quòd regna cruore.  
 Vel nudata suis regnis Christina triumphat,  
 Cæsaribus maior sine regno, & grandior vna  
 Omnibus Imperijs, quæ temnit, vt imperet astris.  
 Queis tegis amplexu Mundû, tunc brachia soluës,  
 Obuia Roma rues. populis via, plausibus æther,  
 Pectora inardebunt visendi concita votis  
 Virginis ingressum. Fausto stridore patebunt

*Purpurato-  
rum Patrum  
Senatus.*

*Christina ad  
Alexandri  
VII. pedes  
aduoluta.  
Pontificiorum  
pedum maie-  
stas atque se-  
curitas.*

*Ad osculum  
manus ad-  
mittitur.*

*Laus Pontifi-  
ciae manus.*

Lætitiaque fores, custos quibus excubo Romæ.  
 Hæc tua Regna, Fides; donec regale mouebis  
 Æde mea sceptrum. Nebulâ circumdata frontem,  
 Nunc age; Testa subî sacro pulcherrima fumo,  
 Quæ, longo Superûm pennis volitantia tractu,  
 Denique Picenis florebut inrita filijs.

Nube Fides clarâ radios immisit amoris,  
 Et risus iubar, & voces. O Virgo, bonorum  
 Fertilis & charitum, nostrâ quas concipis umbrâ,  
 Quas referam grates? Diuina Domuncula, Verbo  
 Vocalis, Solisque mei splendore diserta,  
 Æterna è saxis laudum tibi personet echo.

Dixit; & Aligeros inter subitura Cubile,  
 Nexuit amplexu sociam per mutua Pacem.





## ITER LAVRETANAE DOMVS

## LIBER XXVII.

## ARGVMENTVM.

*Pacifer S. cum Domo via metam tenet. Suos alloquitur; aitque, victis periculis unam Discordiam superesse vincendam, quæ per Templi Laterani conflagrationem, Ecclesiæ schismata, Constantinop. euersionem, aduentum S. Domus in Italiam ulciscetur. Huius Urbis, quæ ciuitas Virginis erat, narrat excidium; Leontari, filiorumque in pudore tuendo constantiam; Palæologi Imp. mortem.*

**I** Amque rubescebant vicino nubila Sole,  
 Horaque fortunata tuis, terra Itala, Regnis  
 Venerat. Offusas Pax dimouet ore tenebras:  
 Auro subridet texto, stellataque gemmis  
 Auras infuso vestis permulcet odore.  
 Flumen ab arboribus ceu ripis excipit umbræ,  
 Sic per colla fluens crinis velatur oliuâ,  
 Quam dextra, quam fronte gerit. per frötis oberrat  
 Prata lepor, solo qui sedat prælia risu.  
 Ad Pacis læuam simili micat Aliger ore,  
 Non telo gladioque ferox, sed qualis ad antrum  
 Numinis infantis Superûm socia agmina duxit,  
 Pacatoque ferum tremefecit carmine Martem.  
 Pacifer ergo auras niueis albescere pennis  
 Vidit vbi Aligerûm; feruere sequentibus Astris,  
 Temporibus, Fluuijs, Dominis & quattuor, Orbis  
 Quas penes arbitrium, sic soluit verba, Laboris,

*Pax prodit è  
 nube, in qua  
 latuerat, ne à  
 Discordia vi-  
 deretur. Via  
 Socios allo-  
 quitur.*

Lætitiæ, curæque meæ, manus aurea, confors,  
 Quas possum, refero grates: sed præmia reddat,  
 Qui vos Omnipotens pompam sociare triumphî,  
 Et nostræ pondus iussit vectare Curulis,  
 Ipse suæ Custos, Dominusque, & Gloria Sedis.

*Quaterna S.  
 Cella migra-  
 tio in 4. inci-  
 dit anni tem-  
 pora ex Turs.  
 ut per tempo-  
 ra ad perpet-  
 uitatem in  
 Piceno perue-  
 niret extra  
 temporū Im-  
 perium.*

Vere Palæstinas; æstu dominante sed oras  
 Liquimus Illyricas; frenatis frigore pratis,  
 Vidimus Italiam: nos tandem his extulit aruis  
 Frugifer Autumnus. Percurrimus omnia nostro  
 Tempora dum cursu; præcurrimus, & sumus extra  
 Temporis Imperium. Voret hoc cum ciuibus vrbes.  
 Amphitheatra, Orbem; non Limina nostra vorabit,  
 Omnia quæ miro vicerunt tempora cursu.  
 Sola manet superanda meo Discordia vultu.

*Discordia ar-  
 tes, ut Pax è  
 Piceno, imò  
 ab Orbe toto  
 cum S. Domo  
 discedat.  
 Irata in Tē-  
 plum Laur.  
 incendet Tem-  
 plum Late-  
 ranum anno  
 a 308. quo tem-  
 pore Clemens  
 V. Pont. Sedē  
 Lugdunum  
 transfulit.*

Multa mouet, præsağa mali; sed plura mouebit.  
 Expulit è fratrum nos Colle tumultibus. Vtrò  
 Cessimus ad tempus; specièque timoris, in iras  
 Ducimur indomitas, & aperta immittimus arma.  
 Hic acies & arena. loco vis nulla repellet  
 Nos inimica; licet radicibus excita tellus,  
 Confligantque simul, nutante cacumine, turres,  
 Hic adero; Italiamque meam, mea Regna tuebor.  
 Omnia tentabit Discordia; at omnia cedent  
 Irrita. Me toto postquam conuellere Mundo,  
 Imò nec Hesperijs poterit temeraria regnis;  
 Insidijs conata nefas, ne profluat Orbis  
 Ædis in obsequium nostræ, bella vndique, bella  
 Conseret æternis odijs: formidine gentes,  
 Oppida, teçta, vias, cum Principe sepiet vrbes.

Principiò Constantini, belli omina, Templum,  
 Grande opus, & Fidei cunabula prima Latinæ,  
 Dum, latebris egressa, manus, & libera nexus

Soluit in amplexus Mundi sceptrumque salutis,  
 Illius ardebit tædis. Templumque Tonantis  
 Nazareum, columnen Templorum, insidere Regnis  
 Indignata suis, Laterano incendia subdet,  
 Quod Romæ dominantis apex, nullique secundum,  
 Cælituum supero miscet fastigia Templo.

Pamphilius, mersum flammis, hoc obruet auro,  
 Restinguetque faces post secula terna Sacerdos  
 Ter magnus, ter munificus, triplicique verendus  
 Imperio. Sacris reflorescentibus annis,  
 Exclusurus opes Cæli, lustralia pandet  
 Limina. Proh qualis Laterana ex Æde micabit  
 Maiestas opulenta loci! Laquearia lucem  
 Non ex igne bibent, sed quæ vibratur ab auro.  
 Marmore candescunt muri, murisque resultant  
 Signa, coronarum restes, insignia, vultus.  
 Silua columnarum, virides imitata smaragdos,  
 In loculamentis simulacra interfecat. Ipse  
 Tempia videns Constantinus damnaret, amaret  
 Suppositos ignes, melioris origine Templi,  
 Innocuos nocuosque simul. Discordia iactis  
 Ignibus exultans, exustâ Sede, regentem  
 Numinis inde vices, Regno exturbabit auito.  
 Proh dolor! augustum imponet sibi Gallia Romæ  
 Imperiosa Caput: Regina, & Regia Mundi,  
 Truncus erit, sine mente animus, sine lumine cælum,  
 Roma carens Româ, casto sine Coniuge Coniux,  
 Sponsa tamen, vinoque Viro, viduata marito.

Pronuba sed tandem thalami Catharina pudici  
 Igne suo, & calido succensas pectore tædas  
 Pura maritales præfert, vrbesque pererrat,  
 Regnaque perlustrat. tanti dux fœmina facti.

*An. seculari  
 1650. ab Inno  
 cent. X. repa-  
 ratum.*

*Quia surre-  
 xit è ruina  
 nobilius.*

Lilia pro telis in Gallica lilia pugnant  
 Virginis armatae precibus, niueoque Pudore.  
 Gregorium alloquitur : vincit sermone ; triumphat,  
 Pontificemque rapit Virgo , quem Roma , superbi  
 Roma triumphatrix Mundi , Regumque Senatus ,  
 Agmina mille Ducum numquam flexere fugacem,  
 Et malè Romani fidentem plausibus ostri .

Fata sed heu rursus declinant . Roma recepto  
 Principe dum gaudet, Capitiq; vnita, per Orbem  
 Attollit Regina caput ; permiscuit atris  
 Hoc nebulis ignara , & nubila fronte coëgit ,  
 Fulminaque imposuit fertis , dum sidera quærit.  
 Dum terras Astræa fugit , sic nubibus ora  
 Inferit , & cæco caligant lumina nimbo .  
 Pontifices simul immiscet Discordia multos ,  
 Et iacit in cunctas rerum discrimina terras .  
 Deformis Mundi facies . sic morte sub ægra  
 Spiritus innexos vitâ si deserit artus,  
 Innumeræ subeunt formæ, dilapsaque tabo  
 Membra rigent : oculi , vultus, malæque recedunt,  
 Collaque lentescunt ; durefcit sanguis ; & ossa ,  
 Semina vipereæ segetis , mors pallida rodit :  
 Neruorum laqueos vellit , nodosque regentes :  
 Se calor exoluit : discedunt brachia dorso .

Brachia dextra fugit, siccataque gutture lingua  
 Torpet iners, vocemque negat . Contagia mille  
 Vni succedunt animæ . Sic tota cadauer  
 Terra fit , innumeris dum diffita pestibus, omnes  
 Ducitur in partes , Capitis compage solutâ .

Fracta quaterdeno Solis Discordia gyro ,  
 Atque rotata procul cedit . Succedet , & Orbis  
 Nicoleos facili dirimet virtute tumultus .

Ille,

*Nicolaus V.  
 fati memor  
 Ædis Laure-  
 tanae, eam ad-  
 uersus Barba-  
 rorum excur-  
 siones presidio  
 munit Turf. l.  
 I. c. 24.*

Ille, Domus cultor nostræ, munimine muros  
 Vestiet. Aligerùm nam quamuis vndique vallo,  
 Mœnibus & cæli circumuallata, timorem  
 Nesciat; humanis sociat se viribus vltro.  
 Vis diuina, operis comes, at non indiga nostri,  
 Omnipotens cui præbet opes, viresque ministrat.

Dira diu siccas Discordia sanguine fauces  
 Non feret. Ex Asia, veluti conualle volutum  
 Flumen, agit Thraces, & Byzantina caternis  
 Mœnia circumdat Mahometes. Excita tellus  
 Intremittit appulsu; ripisque ardentibus, atras  
 Credidit, cructasse faces Phlegethonta per vrbes.

Nō tamen, has Mundi pœnas dum suscitatur æther,  
 Signa dare abstinuit. Radijs tepescit diurnis  
 Dum Sol Hesperij consueta cubilia Ponti  
 Intrat equis, sudatque diem, noctemque sororis  
 Imperio credit; sese in miracula rerum

Omnia transformant nubes. Exercitus ingens  
 Apparet per suda canum; nebulasque latratu  
 Euacuant, implentque metu. mox inde minora  
 Erumpunt armenta: gemunt balatibus agni,  
 Atque lupi gemitu veniunt in bella vocati,  
 Multi etiam per fracta boues se nubila librant:  
 Aëra consumunt mugitu, obuërtaque iactant  
 Cornua: iactatis funduntur cornibus ignes.  
 Ignea scintillat contusis frontibus ira:

Se retrahunt, rursusque ruunt, & prælia miscunt:  
 Post armenta, viri cælo succedere visi,  
 Atque pedum primo pedites discurrere pulsu,  
 Densatâ legione; equites, nutantibus auris,  
 Pone sequi; gradientis equi leuis vngula flammæ  
 Nubibus elicere, & tonitrus imitata sonantes

*Cur munij,  
 satis calomni  
 nitiam?*

*Nicolao V.  
 Pont. Maho-  
 metes Turc.  
 Rex Constan-  
 tinopolim op-  
 pugnat.*

*Canes, oues,  
 boues, equites  
 pedites, tubæ,  
 arma, currus,  
 & omnium  
 veluti ductor  
 Gigas visa in  
 aëre sunt, stre-  
 pitusque au-  
 ditus.*

*Hæc omnia  
 vide apud Pe-  
 tr. Bizzarum  
 l. 12.*

Fulminaque, insolitis implere timoribus vrbes.  
 Audita per inane tubæ; collisæque latè  
 Spargere scuta metus; hastas vibrare fauillas;  
 Quadrijugos, bijugosque errare in turbine currus;  
 Donec stridorem iaculis, & fronte pauorem

*Visus Gigas,  
 imago Maho-  
 metis, Turcas,  
 ut canes, in  
 Christi oues  
 armantis.*

*A Galata  
 seu Peræ Op-  
 pido Byzantiæ  
 usque obienta  
 à Græcis cate-  
 na est, ut pro-  
 hiberet Tur-  
 cis accessum.*

*Hi intra cate-  
 nam se dem-  
 sere portu po-  
 siti, & ponte  
 in nauibus è  
 dolij factis*

*Ab. Izou. ad  
 an. 1453.*

*Constantinus  
 Palæologus*

*Orient. Imp.*

*Constantini  
 Magni nomi-  
 nis, & Urbis*

*heres.*

*Tercenta, &  
 ultra millia*

*Turcarum suis  
 se offerit de-  
 visu Leonar-  
 dus Obiensis.*

Intulit agminibus procero corpore monstrum.  
 Ore Gigas furias, oculis Acheronta ferebat,  
 Faucibus eructans mortes, & sibila linguâ.  
 Forma vel umbra tui, Mahometes, horrida vultus,  
 Dux in Oues qui castra canum, pecudumque mouebas.

Hæc inter fera signa, maris tegit arua carinis  
 Odrysius, duce Dite potens, scelerumque maniplis,  
 Et Galatæ ingentem porrectam ex arce catenam  
 Non rate, sed fraudum perrumpit mole. reuulsis

Carceribus, portu campoque potitur aperto  
 Demissâ sic tunc, iubas ceruice volantes  
 Tollit equus, gradibusque sonat, liberque lupatis,  
 Cursibus absomit stadium, nec mille retardant

Complosæ cum voce manus, nec vulnera terrent.

Infelix fortunati Rex nominis heres

Vt Constantinus vidit decreescere signis,  
 Atque Agarenorum ter centum millibus agros;

Euocat in muros ciues, fluuiatibus vndis,  
 Vndique castellis, & multo milite septos.

Hos contra turres locat aggere Turca propinquo:  
 Ignes displodit; munitas verberat arces;

Et tempestatem flammarum in moenia voluit.

Non cedit flammis hostilibus ignea Virtus  
 Christiadum: forti obsistunt manimine valli:

Tela repercutiunt, tædis induta malignis;  
 Telaque contorquent, tonitru resonante ruinas.

Æquatâ Fortuna tenet dum prælia lance,

Mœnia nec fuso rareſcunt milite, peſtes  
 Mammetes vocat arcanas, & femina cædis  
 Subiicit ignitæ, quæ mox in funera creſcant.  
 Aſt ubi, ſopitæ cæca intra viſcera terræ,  
 Concepere faces nigranti cœ puluere vires,  
 Per diuerſa volant; ſaxisque equitantibus, ingens  
 Turribus exitium portant, populoq; ſepulchrum.  
 Tum verò incumbunt Thraces, aditusque recluſos  
 Igne, tenent; fruſtraque alios ſtructo aggere muros  
 Obijciunt Danaï: fremitu via ſeruet ouantum,  
 Et ſingultantum gemitu; cæſoque parentes  
 Pectore cum natis, per plana, per ardua currunt.  
 Barbaries, & luſtus habet, diſciſſus amiſſu,  
 Theſiphoneque Urbē, Romæ quā, Phœbe, gemellam  
 Luce colis primā. Mediā iam cæde frementes  
 Omnia Threicij diuortia nota viarum  
 Obſedere: domos alij mucrone coruſco  
 Oppoſiti vallant, extrema in morte feroces  
 Seſe pro telis iaciunt ſuper arma ruentum  
 Dardanidæ: reddit vim deſperatio victis.  
 Dum facit audaces terror, victricia terrent  
 Agmina: vel cæſi cædunt, & ſanguine turpant  
 Ora inimica ſuo; lacerant dum mortibus hoſtem.  
 Hoc magis igneſcunt Thraces, gladioque feruntur  
 In iugulum, tædis in Tempſa, in tecta rapinis.  
 Stillat ab Odryſio puerilis acinace ſanguis:  
 Imbuitur mucro morientum aſperginē matrum,  
 Tabe Sacerdotum, magnique cruore Senatus.  
 Turcarum iuga victorum triginta tulere.  
 Millia Chriſtiadum, in dominos partita Tyrannos.  
 Ecquid erit furij tandem Mahometis inauſum,  
 Si tumulos aperit, ſi bellum manibus infert!

*Inciendiary  
 cuniculi.*

*Constantino-  
 polis capitur  
 anno 1452. et  
 triduo diripi-  
 tur. Io Bobē.  
 de ſt. Europ.  
 c. 7.*

*Erat Victorū  
 infinitus nu-  
 merus non di-  
 gnitas, non  
 ætas, non ſe-  
 xus quemquā  
 protegebat. Id.  
 ubi ſ.  
 Triginta mil-  
 lia captiuorū.  
 Mahometes  
 Conſtantino-  
 polis Impera-  
 torum ſepul-  
 chra reſodit,  
 cinereſq; proj-  
 cit in ventos*

*A. Brou. ad  
an. 1453.*

*Fœmine pue-  
rique ludibrio  
habiti. Io. Bo-  
hem.*

*Nemo leditur  
nisi à se ipso.  
S. Io. C.*

*Magnis pro-  
missis Leonta-  
ri victi filios  
Mahometes  
exposcit, ut  
abutatur. Illi  
à parente ani-  
mati pudorẽ  
defendunt, &  
mortem oppo-  
tunt. Ex Lao-  
nico de reb.  
Turc. l. 3.*

*Patris ad fi-  
lios abortatio*

Post populi cædes itum est in viscera terræ ;  
Conturbatque umbras ferri fulgore quietas .  
Busta cauat Regum ; fodit ossa ; effundit in auras ;  
Syrmata prædatur ; cæcusque libidine belli  
Non videt in Regum fatis sua fata ; sed ignes  
Concipit è cinere hostili , Regumque sepulchris .

Non hæc meta fuit Thracum postrema furori .  
Non animis parcunt : animis auferre salutem,  
Cordibus atque Deum per crimina fœda laborant.  
Corporibus victis , animus non vincitur. hostem  
Se tantum timet ille sui , & quas sponte catenas  
Iniicit ipse sibi , proprio male iunctus amori .

Ducebas septem , velut astra , Leontare , natos  
Virtutis patriæ pompam , Cælique Senatium,  
Omnes egregios formâ . Sapientia mater  
Prolis erat , nutritor Amor , Reuerentia custos .  
Gratia certabat formæ ; sed forma Pudoris  
Ibat in ora comes : puroque Tyrannus ab ore  
Ebibit impuros ignes . Ita germina florum  
Depascuntur apes , & aranea : mella sed illæ ;  
Hæc trahit inde litem . Docuit mitescere Regem  
Dirâ libido : armis feritâs quoque cedit amoris ;  
Et quas cæca nequit tædas auertere , sentit .

Accersit Iuuenes in castra . Leontarus , anguis ,  
Sibila sunt , nati , exclamat : tamen obstruet aures  
Cerea , quæ vestro mollescit pectore , Virtus,  
Dura voluptati , Venerisque imperuia flammis .  
Mœnia si Patriæ Mahometes diruit ; arces  
Pectoris inuicti non diruet . illa fuerunt  
Mortali defensa manu ; sed vestra tuetur  
Corda Deus , Pudor omnipotens , & nescia frangi  
Intemerata Fides . Pudeat , pugnante Pudore ,

Ce-



Cedere Mammetem imbelli . Si sæuiat armis ,  
 Si palos , vncos , flammæ , ferrumque minetur ,  
 Ludicrâ sunt . spectate Deum ; si ceditis , ignes  
 Qui parat æternos . mentito prælia risa  
 Si peiora minis agitet ; si dona , coronas ,  
 Sceptraque pollicitus , blando regat ore venenum ;  
 Figite in æternum non conuiuentia Regnum  
 Lumina , & illecebras morituri ludite Regis .  
 Cæca Fides ; terrena nequit quia cernere : cernit  
 At æterna Fides , quia cæca . Hæc voce feroces ,  
 Atque pij solium subeunt ferale Tyranni .

Hic velo personatus , quò lumina cæcat  
 Turpis amor , tegit ora notis maculosa furoris ;  
 Hostilemque animum fallit vesanus amore .  
 Sidere , ait , fausto soboles generata , triumph  
 Præda eritis pretiosa mei : dum cætera flammis  
 Præbeo , vos animum victoris aduritis . Ignis  
 Excipio foueoque libens . Exarsit in iras  
 Maior Arimandus natu . Si cætera , dixit ,  
 Projicis in flammæ ; flammis communibus addo  
 Nos quoque : nam Patriæ nobis iucundior ignis ,  
 Quam tuus ignis erit . Melior mihi fulminis ignis ,  
 Castolus exclamat . Furiarum dulcior ignis ,  
 Insonat Eugenius . Barathri mihi carior ignis  
 Cum Vito sonat Edmundus . Babylonica fornax  
 Flagrat adhuc ? Hermillus ait : succende : quid hæres ?  
 In septem pueros septemplex ira camini  
 Ferueat , atque fremat : iaculetur in astra fauillas ;  
 Sed minor igne tuo . Toto Trinacria fundo  
 Æstnet Ætna : tuo minor est hæc igne . Vesui  
 Ros erit eructans incendia spiritus , addit  
 Faustulus insultans . Genitor sese vltimus infert ,

*Ad abometes  
 amorem si-  
 mulat .*

*Dolosa Tyrã-  
 ni vox , et sce-  
 di amoris in-  
 dex .*

*Puerorum  
 magnanimit  
 responsio .*

*Patriis vox ad  
 Tyrannum .*

Lætitiâque ferâ plenus lætoque furore,  
 Fortis ob ardorem sobolis probrumque Tyranni:  
 Qui canit ista chorus, meus est; doceoque choragus  
 Flectere sic animos & verba, omnesque Magistrum  
 Ad tales sequimur choreas cantusque Tonantem.  
 Parturio Cælo sobolem, vt philomela canendo,  
 Barbare; nec ferro cantus, strepituque minarum,  
 Quem Christi modulatur Amor, turbabitur, hic est.  
 Concordes iterum voces, dum ringeris, audi,  
 Mœnibus euersis, latibus, conciuibus, vrbe,  
 Eripe me natis; mihi natos eripe ferro:  
 At non eripies animo obfistente Pudorem.  
 Diuitias, Patriam, patrimonia, corpora, vitam  
 Perde: integra manent animi patrimonia, Virtus.  
 Hæc bona sola fero, ferimûsque: sed omnia porto,  
 Hæc bona sola ferens. dixit; cæloque decoram  
 Affixit mentem. Mahometes ora resumpsit,  
 Ingeniumque. Feri iubet instrumenta doloris  
 Exponi, tædas, enses, mortisque catastas  
 Belligeræ turres, & amoris pulpita læsi.  
 Quid Regis violatus amor, quid gratia possit,  
 Nunc spectate, inquit. Tu membra, Leontare, primus  
 Da flagris: hunc discite sonum, sobolemque choragus,  
 Præcentorque doce. Cui reddidit ille: docebo.  
 Discite Virtutem, nati, verumque laborem,  
 Seminatur æternam fuso qui sanguine pacem.  
 At tu perpetuis Erebo plectendæ flagellis,  
 In me discite tuas descriptas, Barbare, pœnas.  
 O vtinam meus iste dolor, cruor iste nefandos,  
 Quos alis in venis, Veneris restingueret ignes!  
 Hæc vindicta placet: tua flamma vt frigeat, vror;  
 Omnibus atque ardet venis erumpere sanguis.

Hæc

Philomela, dū  
parit, cantat.

Mahometes  
iratus tormen  
ta iubet expo  
ni.

Huius vox.

Leontari vox  
dum ad ha-  
gentia rapta-  
tur.

Flagellatur  
coram filijs.

Hæc dum verba daret, lictores casta loquentis  
 Pectora denudant: armant in verbera dextras:  
 Mox librant ictus, & vibrant. Virga lacertos  
 Et chalybis flagra contundunt, inarantque senilem  
 Sæpè vibrata sinum: serutantur vulnere costas,  
 Sanguineasque bibit tempestas ferrea venas.  
 Non super annosas, iactâ sic grandine, quercus  
 Nubila coniurant, vt grandinat ira Tyranni,  
 Lictorum portata manu, nimboque sonoro  
 Magnanimi senis in tergum. Iuuenescit ad ausus  
 Integer illustres; velut arua exuscitat imber,  
 Vt imago pubescant. Resonant dum flagra per artus,  
 Alarum putat esse sonum, quas aptet amanti  
 Ales Amor; tollitque animos, dum cæde cruentâ  
 Membra cadunt. Spectat natorum turba parentem  
 Liuida liuentem. liuor patris, vmbra furoris:  
 Dum nati liuent; ab amoris funditur igne  
 Nobilis vmbra: alacri lacerantur membra parenti;  
 Cor natis: dolor hunc torquet; torquentur at illi  
 Pœnarum inuidiâ. fit mutua pugna: triumphat  
 Verberibus feritas; eademque ligata, catenas  
 Mordet; & ad flammâs Pietatis, feruet in iras.  
 Ira fit in natis amor ipse, & verberat ore,  
 Et patris in Regem plagas sic voce retorquet.  
 O scelerum, Rex magne, capax, confinia laxa.  
 Est leuis ira; viri quæ corpore sæuit in vno:  
 Te nobis partire, patremque in prole flagella,  
 Quam laceras in patre. tuâ sic doctus ab arte,  
 Corpora dum fœdas, quid amaris, perdit, disces.  
 Has genitor soboli flammâs generose ministras,  
 Igne tuo accensas, & hianti è pectore ductas:  
 Nubibus è fractis ceu fulminis excidit ignis.

*Pater verberibus, filij decora paternarum pœnarum liuent inuidia.*

*Horum vox ad Tyrannum.*

Ipse tuâ miles , dux, & spectator arenâ  
 Potas vndantes è rupto vulnere risus ,  
 Prolis & ad plausus , labro moriente , fugacem  
 Sustainas alacer vitam . Iam lata theatrum  
 Illa subit mortis . suspendere flagra necemque  
 Carnifices cupis , vt viuas moriture tuorum  
 Non semel in pœnis . Vito rogos ardet : in ignes  
 Profilit , & clamat . Seruabis, flamma, Pudoris  
 Fida niues , turpisque rogi seruabis ab æstu :  
 O bona flamma , feror tecum super Ætheris ignes,  
 Ignibus atque mei iungor , sed castus , Amoris .  
 Currimus ad pœnas : sequimur te passibus æquis ,  
 Vox fratrum fuit vna . Sequor : fer vulnere licitor,  
 Inquit Arimandus ; sunt illa monile Pudoris .  
 Do iugulum . Iugulum petit ense lanista; cruorque  
 Protinus albescit : fit lactea vena : niuali  
 Alluit imbre sinum . fuerat quæ purpura ; vestis  
 Albicat , Aligerûmque choro se iungit in albis .  
 Index virginei cordis , tunc eruta lingua  
 Edmundi rubet in fulmen , Iesumque susurrat ;  
 Palpitat , & viuax hoc nomine fulminat hostes .  
 Indomitam, domitamq; crucis sed pōdere tantum ,  
 Barbarico ferro cernicem Castolus offert :  
 Quotque cruoris erant guttæ , tot lilia fertum  
 Implicuere comis . Hermillum dextera quærit,  
 Cruraq; secta . Deum pedibus manibusque resecis  
 Fortius arripuit , velox & in astra volauit .  
 Eugenij cor tela petunt : non tela sed Album  
 Corruptere : magis namque albet sanguine Candor .  
 Iam super vnus eras minor annis; gradibus ausis,  
 Fratribus & patri par, Faustule . Corpore Virtus  
 In pulchro veniens flexit pietate Tyrannum .

*Pater tantum  
 viuere cupit ,  
 vt filios vi-  
 deat pro Chri-  
 sto morientes .  
 Pueri coram  
 Parente diuer-  
 sis pœnis tur-  
 quentur .*

*Si quis Album  
 corrupisset, pu-  
 nebatur, quia  
 Prætoris matre-  
 sas contempta  
 videbatur .  
 Paul.  
 Mahometes  
 vltimum  
 natu filium  
 blanditijs que-  
 rit allicere .*

Siffite , ait , Ianij : puero non vincula ; torques  
 Præparo , qui noſtram mutabit funus in aulam ,  
 Si ſapit . & non hic ſapiat , dementia fratrum  
 Quem docet innumeris plagis ! Dediſce parentis  
 Facta , fidem , mores , nomen , patrioſque penates,  
 Mè genitore , puer , mè Principe digne , decori  
 Ille tuo labem ſclerato ſanguine inuſſit ;  
 Ipſe decus pariam . Tunc primùm territus Heros  
 Palluit . hos icſtus in corde Leontarus vnus  
 Senſit , & aſperſit pauidâ caligine riſum ,  
 Floruerat qui natorum de cæde . Virago  
 Mater , ait , Rex Chriſte , placet ſi victima cordis  
 Hæc occiſa mei , merſique in ſanguine nati ;  
 Si melior placet ille cruor , quem pectore ducis ,  
 In quo bullit amor , pater ò pater , inſere cordi ;  
 Et defende meum lethali à fraude puellum .  
 Pignora ſunt ; reddo : numero nil deſit , Auerno  
 Ne latro depoſiti tradar . ſunt munera : pendi  
 Sed perfectâ Deo fas eſt , qui dona repoſcit ;  
 Ne perdar Maieſtatis violator . Amoris  
 Candelabra tui mea ſint hæc pignora ſeptem .  
 His rutiler tua , Chriſte , Fides , & cerea , Candor ,  
 Flamma . Tibi ſeptem pennis ardentibus aſtant  
 Aligeri : ſeptem te coram ſiſtere natos  
 Ardeo . Munificâ ſeptem geris aurea dextrâ  
 Sidera : ſideribus mea pignora feruida ſlammis  
 Adde tuis . ſi non addis ; rutilantis ab ore  
 Terreor aſpectu gladij . Magis iſte laceſſit  
 Corda metu , quam Threicij fera tela Tyranni ,  
 Quam mors ipſa . Pater , patris miſerere dolentis ,  
 Atque aliò conuerte metus . Poſt vota puellum  
 Reſpicit , & ſequitur verbis , dum fertur ad vlnas  
 Prin-

*Timet Genitor  
 ne blanditijs  
 cedat .*

*Illum Virgi-  
 ni Deoque cõ-  
 mendat .*

*Vidi ſeptem  
 candelabra  
 aurea &c.  
 Apoc. cap. i.  
 Gratia vobis  
 à ſeptem Spiri-  
 tibus, qui in cõ-  
 ſpectu Throni  
 eius ſunt .  
 Apoc. cap. i.  
 Et de ore eius  
 gladij vtraq;  
 parte acutus  
 exibat Apoc.  
 cap. i.  
 Filium verbis  
 animat .*

Principis . Æternas , ò fili , respice Sedes ,  
 Et te cum palmis fratres è nube morantes .  
 Sperne dolos ; & vera Dei promissa sequutus ,  
 Aulæ Threicij Cælum præpone Draconis ,  
 Quæ non aula ; colubrorum sed nidus , & antrum  
 Criminis est . ò nate , caue : ne desere fratres ;  
 Ne me ; ne , nobis qui sidera pandit , Iesum .  
 Hæc memorat ; natumque oculis , & vocibus vrget .  
 Non secus accipiter , volucrum pirata , tenellos  
 Luscinia pullos si fortè inuadit aduncis  
 Vnguibus & rostro ; se circumflectit , & omnem  
 Heu malè defensum perlustrat in arbore nidum .  
 Dum circumuolitat ; filius regressa propinquis  
 Mater adest , sulcatque auras : nidoque minantem  
 Dum videt accipitrem ; ruit illico territa ; & escâ  
 Protinus abiectâ , miserandis questibus arua  
 Implet , & alarum vertigine circuit hostem .  
 Imbellis iam bella mouet : tuba viua minacem  
 Terrificat : noto solatur murmure natos .  
 Ut stetit inuisis Mahometis Faustulus vlnis ,  
 Colligit augustis Heroum robora membris ;  
 Fitque puer , virtute Gigas ; vt mole Gigantem ,  
 Ast animo puerum premat altâ mente Tyrannum ;  
 Fit Samson , David , fit Numen nube coruscans ,  
 Et tonitru feriens , & fulmine . Flammeus irâ ,  
 Pulchro terribilis vultu , ceu crine cometes ,  
 Eluctatur in amplexus ; & morsibus hostem  
 Indignabundus ferit , atque exoluitur vlnis ;  
 Et redit ad patrem victor , labroque cruento ,  
 Hinnulus impauidi cerui , genioque probato ,  
 Et patriâ virtute . Pater dedit oscula nato ,  
 Reflexâ ceruice ( nequit nam brachia collo

*Accipiter Phi-  
 lomele nidis  
 insidians .*

*Puer defertur  
 ad Tyrannû,  
 quem morsib<sup>9</sup>  
 impetit, & re-  
 fugit ad pa-  
 trem .*

*Mahometes  
 Gigas puer ;  
 Faustulus ve-  
 rò puer Gigas*

*Pater filium  
 osculatur &  
 postremò allo-  
 quitur .*

Flectere victori, duro quæ vincula nexu  
 Implicuere) suis sic læta ciconia pullis,  
 Dum lacerant angues, & collo & carmine plaudit.  
 Nunc ambo moriamur, ait: nunc prole beatus  
 Mortis in amplexu viuo. Mea pignora, rursus  
 Sic vos parturio; fuso sic sanguine lacto;  
 In vobis Christum sic formo. Viuite, nati,  
 Heredes Cælo diuini sanguinis: auri  
 Hæc vobis seruantur opes: at forte parentem  
 Iungite me vestrâ: pœnarum munera Christus  
 In commune locat: sunt hæc araria Regni.  
 Nunc agite ò Thraces; enses, flagra, spicula, mortes  
 Ingeminate. tenet cælestem cymbula portum:  
 In tuto res est: onerant iam littora merces.  
 Ad palos religate ratem; vel mergite fluctu;  
 Tradite vel flammis; vel acuto figite ferro.  
 In tuto res est. præmitto ad sidera natos,  
 Et sequor. Emptorem reperit merx nostra Tonantē.

Talibus in rabidas exarsit Barbarus iras:  
 Exurgit folio: vaginâ liberat ensē;  
 Oppetit & puerum: pueri per pectora ferrum  
 Transadigit, patremque ferit. Transfixus eodem  
 Vulnere vterque cadit: sociantur cæde, cruore,  
 Ense, loco, Pietate, Fide, nexuque perenni  
 Ætheris atque Dei. Pubes generosa, Pudorem  
 Viribus hinc, animis, & sanguine disce tueri.  
 Sanguine turpatur: decoratur sanguine Candor,  
 Si Veneris calet igne, Erebi caligine fumat;  
 Si castâ face feruet, erit Via lactea cæli.

Tæda diu viuic, feritas quam ventilat aurâ,  
 Quam furijs agitât, fuso quam sanguine pascit.  
 Cum Duce conspirant Thraces in crimina; rursus

*Serpente Ciconia pullos nutrit. Luu. Sat. 14.*

*Filius cū patre transfixus*

*Pudor feruore sanguinis sepe turpatur. Alia vi alium flagitia.*

*Nudatū Jac.*

*Suppellectile*

*Tēplū Sophiæ*

*ad omnes spur-*

*citas patuit:*

*ossa Martyr.*

*canib<sup>9</sup> obiecta,*

*& aibus:SS.*

*Imagines aut*

*luto fœdate*

*aut ferro dele-*

*te: Altaria diru-*

*ta: facta in Tē-*

*plis lupanaria*

*Io. Boew. de Rit*

*Gent.*

*Theophilus Pa-*

*læolog<sup>9</sup>, & Io:*

*Sclauus stre-*

*nui milites S.*

*Sophiæ Tēplū*

*defendit. Hist.*

*Accessit quidā*

*Iudeus in om-*

*nium oculis*

*sacrificare Ido-*

*lin. vidit Ma-*

*thathias &c.*

*Mach. l. i. c. 2.*

*Iudas Mattha-*

*thiæ patris*

*emulator.*

*Sclauus occidi-*

*tur in templi*

*defensione.*

*Palæol. in Ma-*

*hæm. voce in-*

*surgit & ferro.*

*Mahometes il-*

*lum voce ferit*

*& ferro.*

Rursus & arma mouent. Postquam mortalia morti  
Pectora Christiadum vouere; laceffere bello  
Altra, Deum, Diuos, & Matrem Numinis audent.  
Obijciunt animæ canibus conclauia magnæ  
Corpora Sanctorum: manibus sacra signa cruentis  
Conuellunt, nudantque aras: simulacra Parentis  
Virginis exoculant, & spumâ pectoris ora  
Sacrilegi maculant. Rursus lassata resurgit  
Christiadum Virtus: mens omnibus vna, molossos  
Ex aditis prohibere sacris, & morte tueri  
Relligionis opes. Instaurant irrita Græci  
Bella. Palæologus primi Sclausque, Latina  
Quorum sæpe tubas implebat nomine Fama,  
Thracibus obiectant animas. Ita robore maior  
Ipse suo, gladio Mathathias expiat aram,  
Militis obsequio Hæcij, donoque profanam,  
Quem ferit; & Iudæ patrias accommodat iras.  
Sclauus in arma ruit, delubraque protegit armis:  
Ianua fit Templi pectus; fit dextera cardo;  
Fit fera cor; clauditque fores, & pectora pandit  
Ferro inimica. tamen superat vis impia: Sclau  
Sanguine vestibulum fumat. Succedit, & hostes  
Sustinet ense Palæologus. Sed limine in ipso  
Vidit vbi Syrium chalybe exultare Neronem,  
Et iactare faces: Sophiæ dementia Templum  
Sic, ait, ingreditur? Thracæ stabula alta ferarum  
Cum Duce perquirant: nobis pia Tēpla relinquunt,  
Aut hinc fœdus abi; moriens aut morte litabo  
Hac in sede tuâ. Dixit; iaculumque vibrait.  
Exijt ære graui Mahometes protinus icturn:  
Asper, acerba sonās, hæc reddidit. Improbe ductor,  
Opportunus ades: nostro tu sola furori



Victimam nobilior remanes, quia regia: ferrum  
 Experiare meum; si fortius imprimat ori  
 Vulnera. Pennatam torquet cum voce sagittam.  
 Illa volans rupit transfixo in gutture vitæ  
 Spiramenta. Oriens quo bella regente refulsit  
 Relligione, Fide, Virtutibus; occidit. eheu  
 Quid data præda iaces canibus! probrumque Latini  
 Sanguinis; inuito loqueris qui sanguine, damnas?  
 Auxiliatrices quoties in prælia classes,  
 Constantine, vocas; cum regna tumescere ventis  
 Inciperent primis, & longè bella sonare?  
 Sed Reges & Regna silent, Fideique procellas  
 Littore prospiciunt tuto. Quid tuta putatis  
 Littora, dum pelagi nullo aggere stringitur ira?  
 Spicula si desunt, opponite corpora. Regum  
 Hoc Regnum est: Fidei, venis seruire cruentis;  
 Indicat hoc, vestro quod syrmate purpurat, ostrum.  
 Sanguine nata Dei, seruari sanguine Regum  
 Ambit adulta Fides. cadet illa? iacebitis omnes.  
 Fulciat vt Reges & Regna, attollite dextris  
 Armatis Pietate magis, quam cuspide: at illa  
 Si basis Imperio substernitur, omnia pessum,  
 Et Reges, & Regna dabit: namque omnia fulcit  
 Desuper impendens. Tellus fulcitur Olympo  
 Circumagente super, stellis radiantibus, orbis.  
 Occupat ecce Chion Mahometes: otia Reges  
 Ducunt aurati subter fastigia tecti.  
 Hellepontiaci freta mensus inundat; & arces  
 Vi capit, & pontem super indignantia Ponti  
 Terga locat: Reges compositi pace quiescunt.  
 Iam Regni Fideique caput iaculisque dolisque  
 Occupat instructus: Regum conuiuia luxus

Sape opè Gre-  
 ci a Latinis  
 implorauerat,  
 sed frustra:  
 nec hi cæci vi-  
 derunt cadem-  
 te Græcia rus-  
 turam Chri-  
 stiana Relig.  
 reliquam par-  
 tem. Sylu. de  
 Europ. Statu,  
 c. 4. §. alij.

Religio non  
 strata, sed ere-  
 sta regna ful-  
 cit. sic terra a  
 celo fulcitur,  
 quia celo subij-  
 citur.  
 Nulla Lati-  
 norum excusa-  
 tio, quia Turce  
 processere per  
 gradus ad Cō-  
 stantinopolis  
 ruinam.

Instruit . ò peior cunctis pax impia bellis .

Arguerim nec te, Latij Pater optime Regni

Nicoleos: subicis gelidis, & inertibus ignes

Pectoribus, classemque paras . Sed subdola vultu

Græca fides, atque ore tenus sociata Latinis,

Infidas quoque sensit aquas, discordia classem

Æquoris evertit; mage sed discordia gentis.

Dum fecat æterni spirabile Numen Amoris;

Diuinamque, Pater quam spirat, vt ardeat, Auram,

Æqualem Nato, suffocat Græcia; venti

Configunt, nauesque fecant, atque equore mergunt.

Hoc Teucriculpatè malum, profcissaque corda

Diffidijs primùm, mox ferro. Hæc fœdera sunt

Vestrâ digna fide; quæ olim ventura canebat

Morsenus, stimulante Deo; tabulâque minaci

Terrificisque notis Leo pinxerat. Ite: quid ultra,

Constantine, moras amissâ nectis in Vrbe?

Sceptra iacent: ruit Imperium: fuga sola relicta est.

Carpè fugam, qua parte? cadauera montibus æqua

Obstruxere fotes, aditusque, & strata viarum.

Ciuiibus infelix obsessus & hostibus hæret,

Turpe gemens: mox in voces via facta dolori.

Semita nulla fugæ? sit saltem prona furori;

Sit lacrymis; sit crudeli via peruia morti.

Constantine, tui sunt hæc confinia Regni?

Hæc tua castra? tuæ congesta cadauera gentis.

Hoc misero solium erigitur super ossa suorum,

Seminecesque artus? hæc Regem ferta coronant?

Vt fugiam, calcare meos, mea viscera, ciues

Heu frustra, Fortuna, iubes. Fata aspera rumpam,

Meque meis addam; gressu via nulla fugaci

Si remanet rumpenda, Virùm super ossa iacentum

*Nicolaus V.*

*classem in auxilium mittit:*

*sed hæc fuit à ventis distra-*

*cta in penam Gregorum, qui processionem*

*Spiritus à Filio negantes diuinam banc auram distra-*

*hebant. Tabula erat à Leone proph-*

*ticè facta, cellulis distincta quadratis, in quibus series erat Imperat.*

*usque ad hæc ultimum Constantinum.*

*Leon. Chien. ubi s.*

*Tantus numerus caforum fuit, vt nec possent ingredi, nec egredi.*

*Bzou. annal. c. 17.*

*Imp. Constantini Palæologi vitam desperatis vox.*

Sortis apex miseræ, postremorumque malorum  
 Dira coronis ero. Ferte arma; immergite venis,  
 Qui superatis adhuc, ciues, ludibria Thracum.  
 Sub Mahomete morer vitam dominante pudendam?  
 Conditor atque Urbis me, Constantine, videbis  
 Ire catenatis mea nunc per compita palmis!  
 Nominis hæc magni delebo sanguine labem.  
 Fata pati possunt Reges, sortique subesse,  
 Non ignominia. Ferte arma; immergite venis.  
 Me peterem ferro; prohibent sed iura Tonantis.  
 O Socij, vos este pij. Dubitatis? anhelans  
 Impius ecce aderit, multa de cæde Tyrannus,  
 Pectoraque innumeris scrutabitur obuia telis.  
 Sed scrutetur; adhuc non torpet dextera; quamuis  
 Torpeat ingenti mens regia pressa dolore.  
 Sic decet. In me Byzanti vis desinat omnis;  
 Sed robusta magis, dum desinit. Emicat ignis,  
 Dum moritur, fumique globo indignatur & ardet.  
 Hæc ait; & gladio quærens compendia vitæ,  
 Qui superabat adhuc, perrumpit tramite in hostes.  
 Tot cessare manus queritur; ferrumque coruscat,  
 Vociferans. Acies in me conuertite, Thraces.  
 Constantinus hic est. Sceptra assueta, catenas  
 Non hæc dextra feret, vincor, quia vincor Olympo  
 Insenso Danaüm conatibus. illius armis  
 Non Agarenis cedo; Diuisque Deoque  
 Inuisi morimur, sed non moriemur inulti.  
 Hæc ferus increpitans, & inexpugnabilis ensem  
 Euibrat; atque acies pariter diuisus in omnes,  
 Hos ferit atque illos: par est tot cædibus vnus:  
 Hos premit, & premitur; clypeoq; intorta, retorquet  
 Tela: gradum firmat; celeres mox turbinat artus:

Constantini  
 Imperatoris  
 vltimus in  
 bello conatur.

*Custodes ouium  
canes cum ve-  
naticis exer-  
cent odia.*

*Mahometes  
Constantinum  
inuadit.*

*Illudit :*

*Vulnerat .*

*Occidit .*

*Constantinus,  
quãdo per por-  
tam S. Roma-  
ni Turca ir-  
ruerit, obibat  
mœnia ipse, &  
alij Proceres  
inspiciendi cau-  
sa. tunc obuiã  
facti hostes pu-  
gnam commise-  
runt, in qua  
caput ei præci-  
sum est pugna-  
ti & seruitu-  
tem subire no-  
lenti . Auctor  
Hist. Polit.  
Turcog.*

Agmina mox densata aperit : fugientibus icus  
Intutit, & parmâ propugnat pectora, circum  
Dum sese rursus glomerant, iaculisque coronant  
Non secus in campo si forte lycisca molossum  
Spectat sollicitis venantem cursibus apros,  
Quotquot ones seruare canes circumspicit, omnes  
Excitat ad pugnam bantibus. ocyus olli  
Accurrunt, dentesque rotant, seque ore vicissim  
Extimulant, numeroque magis, quam robore certat.  
Se regit ille oculis, nec segnius instat: in omnes  
Objicit huc illuc rictus, seque ipse recedens  
Circuit, & tacitis dispensat moribus iras.

Ecce autem, multa dilapsus cæde, Tyrannus  
Vt vidit cessare metu, & rarefcere Thraces,  
Rege manû turbante animas ad Tartara, telum  
Extulit & vocem. Socij, discedite campo:  
Inclusistis aprum: satis est: venatica Regi  
Gloria debetur, quæ sita indagine longâ  
Per montes fera, per saltus, pretiumque laboris  
Constantinus ades. Regem Rex vulnerat: artus  
Vos venatores discerpite: at omnibus vnum  
Nobis pro membris dabitur caput. Erige frontem?  
Haud, mē rege, cades: Syria sublimis in hasta  
Erectâ ceruice, iterum dominaberis Vrbi.

Impulit his dictis tremefactum protinus agmen  
In Regem: simul ipse iræ pallentia flammis  
Ora gerens, totâ connixus mole, bipennem,  
Dum miser obruitur numero, dimisit in ictus.  
Infedit collo vulnus, dubiâque natantes  
Luce oculi rubuere Ducis, mortemque minantes  
Morte vel in media, donèc diademate terram  
Pulsauit, casuque Urbem & se inuoluit eodem

Non

Non fecus annosam motare bipennibus instant  
 Certatim agricolæ pinum, regnoque virenti  
 Vellere, dum famulis ambitur plurima ramis.  
 Dum latus abrumpunt, antiquo robore ad itæus  
 Cruda manet, tremulosque tenet quassata lacertos.  
 Mordaci tandem ferro perstringitur: inde  
 Infigunt lateri cuneos, & vulnera crebris  
 Pulsibus ingeminant, queritur sub verberè: vires  
 Proiicit indignans, & cædere cæsa minatur;  
 Et casura, hosti meditatur pondere casum.  
 Denique procumbit cum stirpibus eruta pinus,  
 Atque arbuscula trahit secum, reuoluta per agros.  
 Dum iacet, agricolæ appropèrant, crinesque comâtes,  
 Et caput obruncant, actosque ad sidera ramos.

Abscidit at postquam Mahometes colla securi  
 Regia; suffixum lacerum caput exulit hastâ.  
 Proh pudor! infando coma formidata Tyranno  
 Ponitur, obliquo rorat dum languida rostro,  
 Ludibrium vulgi. Titan auerte iugales,  
 Atque vias ordire nouas: non amplius Ortum  
 Hinc metire, sed Occasum: hæc sint Regna sepulchrû  
 Luminis atra tui, non cunæ. Disce ruinas  
 Ex hac cæde tuas, Mahometes: aspice vulnus,  
 Quo Regem truncas, capitis iactura reuulsi  
 Est collo, pensanda tuo. Deus omnia versat;  
 Et numquam siccâ Regum mors morte piatur.  
 Vtere sorte breui, Dormitant sidera numquam.  
 Lauretana magis vigilat sed Diua. cæteruas,  
 Christiadam multo potatas sanguine, crudo  
 Tu quoque dū friges stomacho, iam digere nostris  
 Et vomè virus agris cum regno, milite, vitâ.

*Huius calamitatis aliorum doctrina.  
 Post obitum Imperatoris hæc Regio dignior occasu Solis quam ortu.  
 Nil ex hoc dicitur Mahomet.*

## ITER LAVRETANÆ DOMVS

## LIBER XXVIII.

## ARGVMENTVM.

*Capta Constantinopoli, totius Italiae stragem Turca meditatatur, & S. Cella rapinas. Callistus III. Io: Capistranum & Hunniadem Coruinum ex Hungaria cum exer. in Thracem immittit. Turca Belgradum obsidet. Christiani inter fausta Crucis prodigia se tuentur. Hungaricus miles in vertice turris cum hoste configit, seseque cum illo deturbat in præceps. A Coruino & Capistr. ferro & Cruce pugnatur & vincitur. Turcæ à Turcis occiduntur. Mahometes vulneratur: fugit: desperat. Coruinus in Templo Virg. moritur & triumphat. Post hanc victoriam, ope Virg. Lavretanæ relatam, Orbem totum eius S. Cella fama vagatur. Vltimi Discordiæ conatus.*

*Turca vsus victoria Italiam exitio destinat. Callistus III. Lauret. Domū tuetur, qua salua, nil timet. Rod. Borgia, & Lep. Milianum cū legatorū Pont. munere copijs præficit. Veniunt ambo cū suo viereque exercitu Lauretum. ibi pacem veni amque d. Deo Deique Parente comprecatur &c. Turf. l. 1. c. 29.*

**T**ertius, & triplici redimitus cyclade Præsul  
 Callistus mouet arma: mouet cū Præfule Virgo.  
 Hic iubet acciri geminos è stirpe nepotes,  
 Munus & allegat belli, Transcribo labori  
 Hæc vestro mea sceptrâ, inquit: vos sanguine vestro  
 Atque meo, Latio Syrium exturbate latronem.  
 Ite: meâ pro Sede animas offerte periclis:  
 Sternite Threicios: componite pace Latinos.  
 Ante sed angustis Laureti carpere ab hortis,  
 Quæ Pietate virent, lauros. Sint omina pugnae,  
 Virginis in Laribus Legatio prima salutis  
 Extulit è gremio bellum pacemque. Refulsit  
 Purpura sic Fabij, dum bella refunderet hosti

Excusâ de nube sinus, vos sanguinis ostro  
 Pingite diuini chlamydes, vbi sanguine Numen  
 Bella Erebo, & terris accendit sformata Pacis -  
 Pontificis Legati alacres mandata faceffunt.  
 Vixque Dei tenere fores; cum bellica virtus,  
 Et tacita impleuit pectus vox. Ite gemella  
 Sidera: raptores, scelerum quos protegit vmbra,  
 Candida lux feriet, nostro quam ducitis ore.  
 Dirus in extremo Mahometes margine fortis  
 Dum sedet; in præceps vos nisu impellite nostro.  
 Sic Reges, sic Regna iacent, quibus vnica moles  
 Machinaque, vt surgant, fit Regum cæde cruenta  
 Ambitio, feritas, & cæca superbia. Ciues  
 Haic cessere mei, non sanguis. gutta cruoris  
 Miles erit; multæque vno pro milite turma  
 Emergent fumante solo, bellumque nouabunt.  
 Mè spectante, meam ferro si diruis Urbem;  
 Anne Domum, scelerate, meâ, mea munera perdes?  
 Ex Oriente tibi victoria fulsit. Amoris  
 Hæc Domus est Oriens: Oriens te deuouet vmbri.

His monitis accensî animi, Martisque voluptas  
 Permeat innumeras cælesti numine gentes.  
 Pannonés in bellum conspirant, Teutones, Hunni,  
 Hunniades quos consilio dextrâque gubernat,  
 Extimulare acies Pietate astitet & ore,  
 Aliger in Templis, pariterque in Martis arena.  
 Hunniades Thracum terror, quem semper in armis  
 Horribilem sensere Ducem Dominumque subacti.  
 Cui pærent si bina parent felicia curtu  
 Secula; Byzantum, Solymæaque Regna leuarent  
 Colla iugo, manicisque manus. Collega laboris,  
 Vox exercituum Domini diuina, tubæque

*In hoc ego sinu  
 bellum affero,  
 Et pacem? v-  
 tris eligitis, v-  
 trû placet, su-  
 mite. Flor. l. 2.  
 c. 6.*

*B. V. ad lega-  
 tos intima vox*

*Multi sacrum  
 in bellum con-  
 spirant.*

*Hunniadis nomē  
 apud hostes  
 adeo terrificū  
 fuit, vt ploran-  
 tibus pueris  
 matres fami-  
 liar taciturni-  
 tatem non ali-  
 ter imperarēt,  
 quam Hunnia-  
 dis præsentia  
 minitantes. Io:  
 Boem. de mor.  
 Gent.*

*Io: Capistran<sup>o</sup>  
 Francisc. po-  
 tens verbo, &  
 exemplo cum  
 Hunniade ar-  
 ma mouente  
 Crucem gerit,  
 & mouet in-  
 bellū. ex Tur-  
 sell lib. 1. c. 25  
 ex A. Brou. c.  
 17. & c.*

Aura triumphalis, manus Omnipotentis, amicæ  
 Pacis amor, bellicque timor, doctusque ferire  
 Voce potens, Virtute, animo, vultuque, Ioannes  
 Tela Capistranus capit. at quæ tela? salutis,  
 Ut Thraci sit nulla salus. Crux armat inermem,  
 Tessera Christiadam; bellantis lancea Pacis;  
 Fortior & gladius gladio Gedeonis; honoris  
 Eterni stimulus, triplici quem infamia clauo  
 Nobilis effinxit; dulce irritamen Amantum.  
 Pauperies lorica ducis, cassisque cucullus,  
 Cento sagus, frontis demissa modestia crista,  
 Contemptus vitæ clypeus, nihil omnia. Tantis  
 Sub Ducibus pone arma: fugam meditare pudendâ,  
 Hostis amare, polis prius astra, & cardine Mundum,  
 Et pelago scopulos, montesque è sedibus omnes,  
 Cunctaque subuertes; Pietati iuncta Deoque,  
 Dimoueas quam castra loco sic nexa. nec vnquam,  
 Christiadam composita animis, testudo fatiscit.  
 Scylla vorax tamen ille Orbis, fortisque futura  
 Ignarus, iaculis spirans immane cruentis,  
 Signa canit rursus. Bellantum millia centum  
 Quinquaginta rapit secum. Sub classe fragorus  
 Extimuit veniente Sauus, montesque propinquos  
 Admonuit sonitu, & turbatis palluit vadis.  
 Hungaricis iam Luna plagis Othomanica fulget;  
 Attonitæque premunt natos ad pectora matres.  
 Aduit Alcides geminus: clauamque Tonantis  
 Alter habet; gladiumque alter: Virtute sed vnâ  
 Hunniades, humeroque vno, dextrâque Ioannes  
 Sustainant belli molem; fortesque Polonos,  
 Pannonicasque acies, Germanorumque manipulos  
 Festinare iubent, quò turbo, & bellica nubes

Incli-



Inclinant, stragemque parant. Se denique prodit:  
 Proscindit fraudum nebulas, atque ingruit Alba.  
 Belligeris hæc facta viris, qua parte Triones  
 Respicit; atque gelu, viridi nudatur amictu;  
 Danubio alluitur, qui sexaginta sub alio  
 Flumina complectens, cum murmure fertur in equor.  
 At quæ prospectat morientis lumina Solis,  
 Errat; & amne Sauus placide, differtinat atua,  
 Et nemoris pingit viridantis imagine fluctus.  
 In geminos classem Mahometes diuidit amnes.  
 Centum Basseus premit indignata carinis  
 Terga Sauis, & multo plorat sub remige flumen:  
 Danubij reliquis Mahometes nauibus vndas  
 Alligat. Hinc lymphis se vectigalibus ire  
 Tardius in pelagus miratur, & obruta mole  
 Colla dolet fluius, gelidâ lymphatus crynni.  
 Arbore centenâ spumare propinqua Ioannes  
 Littora dum vidit; superas in bella phalanges  
 Ducturus, subit arcanum prope littora Templum.  
 Colligit in frontem, geminis pendentia vitris,  
 Lina repanda: humeris mox aptat, & explicat: alba  
 Mox promissa tegit corpus; nodoque tenaci  
 In geminum reuocata latus, crispataque, velum est.  
 Ore Sacerdotis quo spes enanigat Orbis,  
 Et precibus subit astra. Riget vaga stamina punctim,  
 Mentito circum depicta in margine flore,  
 A collo in geminas quærens diuortia partes,  
 Pendula Zona humeris lapsu descendit honore,  
 In geminos diducta pedes, transfuersa sub armo,  
 Et premit obiectu turgens ad pectora linum,  
 Zona minor lætum decorat partita lacertum,  
 Quod cruce ligat iniectâ. toga pensilis vlnas,

*Alba à Septem  
 trione Danu-  
 bio, ab Occasu  
 Sauo alluitur*

*Mahometes  
 in duo castra  
 exercitum di-  
 uisit, alteru  
 præter Sauu  
 quib<sup>9</sup> Basseus  
 Asia, altera  
 præter Danu-  
 bium, quibus  
 ipse præerat  
 se locat. Abr.  
 Brou. ad ann.  
 1456. c. 17.  
 Capistranus  
 ante prælium  
 in ara prope  
 Belgredi fuit  
 Albe muros  
 Sacrum facit.  
 Brounius,  
 Sacerdotis sa-  
 cra vestes.*

Et duplex fugit ampla latus, quam fila colorant  
Dadala, sacrifici venerabile pondus Amoris,

*Collectæ.*

Protinus armatum circumstant agmina Myrtam.  
Linguis turba fauet precibusque; & vota Sacerdos  
Ore repræsentat, stygias quo territat umbras

*Sacrificat.*

Iam facit: attonito iam victima mittitur Axe:  
Iam magnū mens alta premit; Superūmq; Parentem  
In tertis parit ore Deum, qui paupere lino  
Dinitias, Cælum, Superos, se claudit. in auro  
Iam redolet sanguis, bibimus quo gaudia; Numen  
Æternas quo spargit opes, quo prodigit arcam  
Cordis inexhaustam, quo nauigat alma voluptas,  
Quo dolor & mœror demergitur, enatat Orbis.

Sidereo Deus è folio sacra verba sequutus,  
Ut stetit, obductus niueo velamine ad aram,  
Utque Gigas exultauit, Cælumque recludit  
Abditus, atque suam retulit sine sanguine mortem;  
Extulit hunc manibus, populo spectante, Sacerdos,  
Vexillum Fidei, signum immortale salutis.

*Flammæ cele-  
stes per aram  
volitant: mox  
coronant posu-  
lis Sacrum au-  
dientis, caput.  
Ara fit arma  
mentarium.*

Vertice adoratur pronò. mox omnis in ignes  
Visa migrare domus: circumque, supraque vagantur  
Lapsibus innocuis spectantium in fronte fauillæ.

Bellica fit turris, clypeis pendentibus, ara.  
Quæ natat in vitro Pallas lucetque, cometes  
Thracibus obuerso fit crine; facesque, niuali  
Quæ rutilant cerâ, sunt ignea tela. Sacerdos  
Pro tunica thoraca gerit, pro frontis amictu

*Crux, quæ erat  
in ara euanci-  
scit. Triste per  
augurium ami-  
sa cruce au-  
cuniat.*

Cristatam flammis galeam, pro fune legente  
Prolixam in nodum tunicam, collo aureus errat  
Balteus. Attonitæ spectant dum monstra phalanges,  
Intonuere poli: mediâ crux tollitur arâ,  
Kripiturque oculis. Pauor exultantia corda,

Lati-

Lætitia fugiente, premit. Victoria Mundi,  
 Crux abit, exclamant: vicino vincimur hoste,  
 Quæ super impendent, signant incendia flammæ  
 Urbis & agrorum. Socij, fugiamus. Euntes  
 Voce Capistranus teuocat, qua Numen Olympo  
 Duxerat in Cæterem; peragiturque incepta serenus  
 Corde magis, quam fronte; licet facientis in ore  
 Flumine splendorum lux aurea stagnet. At ecce,  
 Pascitur Aligerum dum fruge; tonitrua cælum  
 Edidit, & tonitru Titan sine nube sonorum  
 Miratus, repressit equos: Sauius omnibus vndis  
 Territus Odrysijs quassauit gurgite classes:  
 Danubij discussa comis natitauit arundo;  
 Turbatumque caput tacitis dum conderet antris,  
 Illud in Odrysijs impegit nauibus; & se  
 Collifere rates. Animos timor ossaque Thracum  
 Frangit, & è toto prorumpit corpore sudor.  
 Tela cadunt pharetris; atque incumbentiâ remis  
 Brachia lentescunt sine robore, velaque cæcâ  
 Tempestate tument. Post fausta tonitrua, rursus  
 Crux redit ad mediam, stellis comitantibus, aram.  
 Igne decussatum pulchro sed missile telum  
 Crux erat. Ignitas hæc litera marginat oras:  
 Macie animo: tibi sola feret constantia palmam.  
 Dum legit, exardet; vocemque manusque Sacerdos  
 Tollit in astra: Sagitta mei, Crux, aurea cordis  
 Salue, inquit: mihi fige animam; fige hostibus artus:  
 Omne mihi, dilecta, nefas in pectore sicca;  
 Atque omnes ardore pio bibe flammea venas.  
 Thracibus vre animam, flammis accensa furoris:  
 Namque faces odere bonas. hos luce timendâ  
 Merge vmbri: trahe sanguineos è cordibus imbres.

*Proclues in  
 fugam nuntu  
 & auctorita-  
 te sistit Capi-  
 stranus.*

*Sumente S bo  
 siliam Capi-  
 strano calum  
 intonuit.*

*Tonitru agitâ  
 tur flumina,  
 hostium clas-  
 sis, & animi.*

*Crux ad arâ  
 redit.*

*Cum Capistra-  
 nus celebraret  
 missam ante*

*Belgradum, sa-  
 gitta celo de-*

*lapsa in me-  
 dio are ante*

*eius oculos ap-  
 paruit his au-  
 reis literis in-*

*signita: Estq  
 constans. Exon  
 ad ann 1476.*

*c. 17.  
 Crucem salu-  
 tat.*

Ceu iaculum, qua cor penetras, acuat<sup>r</sup> amore  
 Atque furore acies. gemino sic missilis icu  
 Cuspide terrificâ Stygij capita atra Draconis  
 Figis, & insinuas homini per vulnera vitam.  
 Si tua Niliacos populata est umbra penates;  
 Contriuit Pharaonis opes; ferrugine Solem,  
 Æthera contexit tenebris, & polluit auras;  
 Vitrea si foedo violauit flumina tabo;  
 Si matrum ferro sobolem distraxit ab vltis;  
 Ad sua si viles animas vexilla vocauit;  
 Ranarumque acies, culicumque volantia puncta  
 Et viuis resonare tubis & prælia ferre  
 In Pelusiaci iussit penetralia Regis;  
 Nunc arma in Thracum renouata flagella ruinas:  
 Hæc eadem si virga, tuæ virtutis imago,  
 Strauit Erythreas vndas, frenoque liquenti  
 Æquoris indomitas facile compescuit iras:  
 Hæc iter Isacidis si per maris antra reclusit  
 Naufragijque viam patrias Orientis ad vrbes;  
 Mole sed Ægypto stragem fabricauit eâdem,  
 Niliacosque dedit Pelago Nilumque vorandum:  
 Si telis granidas nubes lapidumque procellâ  
 Castra inimica super lethi patefecit in imbres,  
 Crux mea perge; Salutis eris Pacisque sagitta;  
 In Syriam sed mortis eris. Tu sanguine Thracum  
 Infice Danubium: Sæuis ossibus albeat; altas  
 Obstupeat superari vndas, exhaustaque membris  
 Flumina congestis tetra caligine Lunam  
 Obrue Threiciam. tu pugnae robur. Ad arma,  
 O Crucis armigeri, læti curramus, ad arma.  
 Hostis adest; sed Christus adest. iam mœnia quassat  
 Machina muralis; Deus est mihi machina belli.

Obrui-

*In virga my-  
 sterium Cru-  
 cis agnoscite.  
 S. Aug.*

*Vix mare He-  
 braeis aperuit,  
 & Ægyptios  
 demersit. ex c.  
 14. & c.*

*Pluuiâ lapidû  
 ignitorum ce-  
 cidit in Ægy-  
 ptios.*

*Sagitta salu-  
 tis Domini, &  
 sagitta salutis  
 contra Syriâ.  
 Reg. 4. c. 13.  
 Capistranus  
 suos horiatur  
 ad bellum.*

Obruiamur numero : Christo defendimur vno .  
 Vna salus , nullam , nisi ab hoc sperare salutem .  
 Interea vada sollicitat pulsata carinis ,  
 Descensumque parat , viridi velatus oliuo ,  
 Odyssiæ Ductor classis : turmasque feroces ,  
 Talibus ipse ferox in prælia vocibus aptat .  
 Res iacet extremo , Socij , Romana sub icu ,  
 Et Christi probrosa fides , Regnumque Latinum .  
 Spes vicis Orientis abiit : subiecta Trioni  
 Hic sunt Regna , mea melius subiecta securi . .  
 Oceanum cinxere rates , Thracique Profundum  
 Iam didicit seruire : vndas quacumque mouemus  
 E regione , meis modò iussis vertitur æther .  
 Occiduas iam quæro plagas , vt Iuppiter Orbem  
 Maximus amplectar . Deerunt si prælia terris ,  
 Sidera conuellam caelo , Superosque lacesam .  
 Italiæ pupilla , oculos tu denique nostros  
 Allicis atque rapis , nostris rapienda sed armis ,  
 Inclyta Roma . tuas suspiro sanctus ad aras :  
 Ad tua Templâ animus , pietate insignis , anhelat .  
 Inde manu iuuat innumeras , sed supplice , gazas ,  
 Magnæ Reliquias fidei Mundique subacti ,  
 Attrahere in prædam . Picenæ Virginis Ædes  
 Hospes adorabo , lapidumque intacta rapinis  
 Corda gerens , prædabor opes . Vos , agmina , Regi ,  
 Et vobis iter inuictò iam sternite ferro .  
 Alba viam vastata aperit . Dum talia iacat ,  
 Præsidium Hunniades , in morem turbinis , infert ,  
 Disruptâque carmarum compage , per hostes  
 Tramitem agit ferro , lociosque ita vocibus infert  
 Siccine , magnanimi , Christi pars maxima Regni  
 Vnius prædonis erit , qui Solis ab Ortu

*Mabometis  
 ad suos adhor  
 tatio .*

*Mabometes  
 Romam suo  
 destinat Im-  
 perio .*

*Contemptor  
 Dei & Illuſor*

*Hunniades  
 per mediæ bo-  
 stium classem  
 subita vi mil-  
 ies infert or-  
 bis in præsidio  
 Hunniadis co-  
 cio .*

Victor,

Victor, in Occasum vergit; Mundique bipennem  
 Intentat capiti! Pelago detrudite monstrum,  
 Traxit auaritiâ quod Regna, libidine nuptas,  
 Pectoribusque animas feritate, animisque salutem,  
 Christiadam in cædes enses, ergastula, virgas,  
 Vincla fatigauit. stipant infanda Tyrannum  
 Supplicia: Impietas, mentem lassata, quiescit  
 Pœnarum inuentis; Regique vt seruiat, atrox  
 Consulit ingenium Ditis, populumque nocentem,  
 Et viuic! pereat, qui stragibus inficit auras,  
 Exiit ille hominem: pietas humana quid hosti  
 Parcat inhumano? Naturæ prodita iura,  
 Vos occisorum Manes, suspiria matrum,  
 Natorum gemitus, Solymæ fumantia saxa;  
 Funera Byzanti, natitantes sanguine fossæ,  
 Polluti thalami, delubra carentia cultu,  
 Virginitas violata, fides: pauor Orbis, Olympi  
 Gloria, Roma, Deus, vos hæc ad bella requirit;  
 Vos seruatores rogat, vltioresque Tyranni.  
 Hæc ait, & pugnae sacros inspirat amores.  
 Protinus in bellum festinant vela moueri.

*Extensis mani-  
 bus in figurâ  
 crucis, dū Io-  
 sue ferro pu-  
 gnabat, fuga-  
 uit Moyses  
 Amalec. ex lib  
 17 exod.*

*Hunniadis na-  
 ues simul vni-  
 ta classem  
 rumpunt hosti-  
 le. colliduntur  
 naues.*

Lux aderat, sed prima. tubæ sonuere, latusque  
 Hunniades dextrum, læuam è regione Ioannes  
 Occupat: ille enses, Crucis hic meliora coruscat  
 Fulmina. Causa duos eadem sic nexuit olim,  
 Relligioque Duces: cruce Moses, Iesus at armis  
 Pugnauere Dei certamina. Cornibus hostem  
 Barbarus vt vidit pressis procedere; classem  
 Ignitis aperire globis, iaculisque laborat.  
 Sed coiere magis naues, iunctoque propinquant  
 Robore. commissæ tremuerunt; rostraque rostris  
 Fixa gemunt. strident impulsu littora circum,

Vici-

Vicinæque calent acies; confunditur ira.  
 Primus Christiadam maculauit sanguine fluctus  
 Velpius, immiti truncatus acinace Senith.  
 Post hunc in Decij collum sonat alta securis.  
 Teutonicâ Latio infertus de gente Vifinghus  
 Tertius occumbit, corpusque relinquit in vndis.  
 Vulnera vulneribus compensant Teutones. Vno  
 Saucius in fluvium Sarnarber concidit ictu:  
 E rupto fundit Menafis thorace cruorem.  
 Lapsantem manibus Calypham dum tollis, Afida;  
 Corruis è puppi, surgentis Agenoris ense.  
 Te tua quærit Omar, cecidit quæ dextera: relinquit  
 Corde trahis, Meloch. maculantur plurima morti  
 Corpora Turcarum. Triplici sic vulnere fixa  
 Pectora Christiadam referarunt ostia centum;  
 Ut vindicta sinum Thracum generosa subiret,  
 Extraheretque animas impuro sanguine merfas.  
 Insurgunt iuncti studijs, & funera porrant  
 Hostibus Odones; validisque excussa lacertis  
 Spicula in aduersos iaciunt. Calegus, Ebuzer,  
 Fortis Amurates, Aladola, Emosora, Nisar  
 E ratibus cecidere omnes pro sanguine venas  
 Implent Danubio, multo quem vulnere potant.  
 Plurima rumpuntur Parcarum stamina; tela  
 Pectora dum rumpunt: velluntur verbere puppes;  
 Verberibus voces miscentur, vocibus vnda:  
 Vox sonat, vnda fremit; vox vndis, vndaque voci  
 Consonat; absorbet querulas cruor vndaque voces.  
 Ensis agit strages, non pila sonantia longè:  
 Dissita corda odijs, cædis iunguntur amore:  
 Pectora pectoribus ferrum conferta reuellit,  
 Infertasque manus manibus: morientia mortes

Collatis in  
 Danubio si-  
 gnis stuuialis  
 pugna confertur.  
 effertur  
 immensus  
 utrinque cla-  
 mor & crepi-  
 tantium fra-  
 gore tormen-  
 tum Danubi-  
 intonat Bon-  
 fin. Dec. 3. l. 7.  
 & 8.

Corpora, dum pedibus sunt interiecta, morantur.  
 Vulnera sed calcant, ut vulnera cominus hosti  
 Infigant; liquidoque labant vestigia tabo-  
 Corpora corporibus voluntur, telaque telis  
 Ipsa suo certant reuoluta cadavera casu:  
 Prosterunt prostrata: iterant imbellia bellum;

Absque ictu feriunt deiectaque tela ruentes.  
 Desudare suas dubio sub Marte catervas  
 Vidit ubi ductor Thracum; nec posse triremes,  
 Christiadamque animos fixis proscindere rostris.  
 Tunc placuit simulare fugam; retroque recedens;  
 Rursus in oppositas maiori robore naues  
 Fertur. At impulsu spatium cedere carina  
 Odrysisque dedere locum. Balista per auras  
 Sic impulsu suo labefactat pondere muros,  
 Præciditque arces. audax vis omnia vincit.  
 Odrysus vada pertentat, sociosque paratis  
 Pontibus exponit. Tunc omnis incenibus ardor  
 Bellantum bellique calet. Manet ardua virtus  
 Christiadam: Thracumque globus quæ fortior urget  
 Desuper euoluit nudis vibrata lacertis  
 Saxa facesque. Furit rabies incensa Tyranni  
 Moliri que parat, pluteis tutantibus, ima

Ecce autem plenis Basseus in ostia velis  
 Per vada tuta Savi naues transmisit, arenam  
 Præripit; & muros Albæ violenten adortus  
 Quæ defensores rarâ cinxere coronâ  
 Concutit, atque aperit. Rapit impetus agmina, versis  
 Postibus, & mediâ penitus dominatur in vrbe.  
 Non tulit Ernestus iam victos vincere. Centum  
 Colligit in pugnam Iuuenes: & numine Diuâ  
 Haud dubiam in mortem, dum circumfunditur armis,

*Hæniades aperit hostium classem. Infert præsidium. Dum descensionem parat, fit pugna. Mabo metes dolo fugam simulat. mox redit. Ab utrisque itur ad muros: à Christiano, ut tueatur, à Turcis, ut demoliantur. Interim Basseus, dum hi pugnant caeco Marte, per eam orbis partem, ubi rarior erat miles, suos immittit, & inscio suo duce Mabo mete Alba positur. Id. Centum Iuuenes Albani Thracas pelle-re ab vrbe cõ-*



In fora Threicijs vadit pauitantiæ turmis .  
 Christiadas pudor , audaces victoria Thraces  
 Efficit . Ernesti virtus sed vicit ouantes ,  
 Atque suo Patriam casu , Mundumque leuauit .

Turris erat, quæ fronte forum complexa, superbū  
 Aëre septa caput , prospectu mœnia lato ,  
 Atque Albæ spectabat agros . Hanc signifer arcem  
 Exuperat , vexilla ferens Calybiſta , daturus  
 Signa suis captæ furijs victricibus vrbis .

Cæca furore, aderat nam circum plurima muros  
 Turba ; nec in media socios aduerterat vrbe ,  
 Rarus vbi miles , fractis excurrere portis .

Vidit vt Ernestus scandentem culmina Thracem,  
 Figere & in pinnis Lunaria signa parantem ;

Occupat , & prohibet . Magni fit arena duelli

Turris apex, pugnaeque suæ spectator vterque .

Stant nexi implicitique : coercita perfurit ira .

Cominus Odryſio fit pondus inutile telum ;

Nudus & Albano gladius descendere in ictus

Abductâ nequit arte manu . Duo fulmina turrim

Visa ferire , suis armata & concita flammis .

Martem ineunt animis , & inexpugnabile pectus

Fit telum : galeas allidunt , scutaque scutis ,

Tempora temporibus . thorax thoracibus ictus ,

Et caput impactum capiti , frons faucia fronte ,

Atque manus pulsæ manibus sunt arma furoris .

Submouet Ernestus Thracis vexilla : sed ille

Erigit . hic lacerat : ruit alter : & alter in auras

Signa mouet ; remouetque alter ; distorquet , & vltro

Se super immittit , proiectus corpore toto .

Deiectum Chalybiſta premit , versatque , trahitque

Irritus , & vellit pressis insignia palmis .

*Turra turrim  
 subit, vt ibi ve  
 xillum figat,  
 & suos inui  
 tet nondum  
 ingressos Hæc  
 sequitur Hun  
 garus, &  
 quia extorque  
 re vexillum  
 non potest, post  
 confictum se  
 cum illo proy  
 cit è turri.  
 Henr. Sedul.  
 apud Bzo. an.  
 1456.*

*Christiani mi  
bris suum, &  
hostis casum  
meditantis in  
sua vox.*

In pugnam redit Ernestus, meliorque iuuentâ :  
Quando, inquit, non arma iuuant, armabimur hoste,  
Tu mihi fulmen eris sublimi è turre caducum :  
Mole tuâ te vibro : necem iragemque volutus  
Ipse tibi tecum defer, conellere signa  
Si nequeo, mortis nexu sociabimur ambo,  
Victoresque simul, victique æquabimus arma.  
Te pro vexillo videat pendere Tyrannus,  
Et ruere Odrysiæ signum fatale ruinæ.  
**I.** sequor. ipsa mihi sunt funera mollia ; casu  
Si premote nostro, dum detrudaris ad vmbas,  
Tundere fronte solum, sed sidera tangere famâ  
Sic iuuat. Alma Fides, pro qua deturbor, in altum  
Tolle animum, dum corpus humo proflernitur imâ.

*Thracem am-  
plexus in api-  
cem turris  
ascendit, ut  
inde se cū ho-  
ste deturbet.*

Hæc ait; & Thracem validis innexuit vlnis :  
In nodum latus arripuit, siccumque cruore  
Elidens guttur, manibusque & pectore inhærens,  
Stat dubius, qua parte cadat. formidat, & audet ;  
Angitur, atque angit ; duro sub pondere anhelat  
Intrepidus, trepidusque : & atroci turbidus ore,  
Viribus obluçtans, in culminis ardua surgit.  
Efferus immani cœpto, nodoque tenaci  
Implicitus Chalybista, sinus obliquat, & vrget ;  
Pectoris appulsu ferit implacidissimus hostem,  
Et labyrinthæas vanis assultibus vlnas  
Nititur extricare ferox. Iouis aliget anguem,  
In sua non aliter se spiris membra plicantem,  
Pertrahit in montes ; humectantemque veneno  
Lethifero pennas, rabido tamen ore fatigat.

*Turca querit  
se ab hoste fru-  
stra exsolue-  
re.*

Iam summo turris feruebat margine pugna ;  
Cum subiecta oculos Ernestus in agmina voluens,  
Triste rubens, fremuit, dixitque nouissima verba :

Ex te quam duxi, voueo tibi, Patria, vitam;  
 Sed tibi Christe animā: hoc saltu subsultet in astra.  
 Hæc fatus, Thracemque tenens, extremaque in ausus  
 Robora deducens, turri se iactat ab alta,  
 Et ruit in præceps Thracum super arma, suumque  
 Portat onus, lethoque suo se perdit, & hostem.  
 Ast allisa licet fracto sint ossa cerebro,  
 Lucteturque animus vicinā morte; tenorem  
 Seruat adhuc, moriensque mori non creditus, atro  
 Territat Odrysios vultu, spiratque timores:  
 Durat adhuc rabies; nec te, Calybiſta, cruento  
 Deferit amplexu; tibi stragem stratus inhalat;  
 Et gaudet periſſe tuo de funere victum.

Æmula in Albanas descendit gloria turmas  
 Militis è casu: sed Thracis cæde iacentis  
 Thracia vis iacuit. Sic vortice flamma rapaci,  
 Ignitisque voluta globis, Boreaue sonanti,  
 Dum picco circumſtridens volat horrida fumo,  
 Et pascit populata domum; si fortè ruinam  
 Tecta ferunt super acta Notis incendia, vires  
 Amittunt, lapidumque sedent sub mole sepulta,  
 Robore victa suo, fastu, pasluque nocenti.

Cordibus vt iuuenum furor additus, agmē ab vrbe  
 Pellunt Odrysium, captum formidine turpi,  
 Quam Deus immisit, venis animisque furentem  
 Dum redit ad muros, vexillaque sponte relinquit,  
 Militiæque notas, Othomanosque abijcit arcus,  
 Spicula dum ponit, iaculisque silentibus, vrget,  
 Qua data porta, fugam; quatiunt qui mœnia, Thraces  
 Currere laxatis ciues terroris habenis.  
 In loca tuta putant, tectis atque vrbe relicta,  
 Et vitam, Patriæ præferre labantis amori.

*Christi miles  
 se ab arce  
 cum hoste de-  
 turbat.*

*Ex hoc euen-  
 tu additi ani-  
 mi Albanis,  
 Turcis verò  
 timor.  
 Ignis sæpè ex-  
 tinguitur do-  
 mus ruina.*

*Turca ab vr-  
 be fugantur.  
 Turca, qui cū  
 Mabomese  
 muros oppu-  
 gnabāt, nescij  
 ex alia muro-  
 rum parte a  
 Bassei milite  
 urbem occupa-  
 tam, eumdeq;  
 abiectis Otho-  
 manica mili-  
 tia notis pani-  
 co terrore fu-  
 gari, putās ef-  
 se non sociorū  
 sed hostium fu-  
 gā, suosq; signa  
 ri sequuntur  
 armis, et truci-  
 dant.*

Soluitur obsidio : vertentem terga per agros  
 Thrax Thracem insequitur stricto, sed nescius, ense.  
 Dum currunt, stimulos Mahometes vocibus addit.  
 Fudimus è caueis lepores : vos, figite ferro ;  
 Mox reduces vastate domos . Fuit Alba; fuere  
 Christiadae : iam Roma suo cum Principe casu  
 Palpitat extremo : Thracum tenet omnia virtus .  
 Hæc fatur ; propiorque suam premit impete pubem  
 Inscius , & falsâ delusus imagine rerum ,  
 Numinis ad lusum, Reges & Regna mouentis .

*Danubij ripas  
 dum fuga tenens, lapidantur  
 a socijs . excussis galeis  
 deteguntur : agnoscuntur  
 sed frustra ; nam caeco  
 furore rapti se in undas  
 prociunt .*  
 Poe.

Transfuga Danubij postquam peruenit ad oras  
 Turba; nec in fluuium potis est, nec tendere contra,  
 Nec rursus dare terga fugæ ; stetit aspera vultu .  
 Acrius hoc Thraces incumbere . Pergite, clamant,  
 Pergite . iam liquidis vos mœnibus vnda tuetur :  
 Hoc vallo septos non vltra inuadimus : vna,  
 Vna fuit vobis hæc semita tuta salutis .  
 Hæc super, iniiciunt saxa vndique, & vndique tela ;  
 Saxaque discutiunt galeas . Socia agmina cernunt ;  
 Attonitique hærent . Sed adhuc stimulante furore  
 Cæca phalanx rapitur, cui Numinis ira timorem  
 Incutit . Illa necem probro, fluuiumque catenis  
 Anteferens, saltu præceps se in fluminis vndas,  
 In mortem dedit indignans; atque inde paludes  
 Concidit in Stygias . Excussio mœsta veterno,  
 Turba sequax stetit ante vndas, frustra que requirit  
 Flumine demersos . Vlulatu littora complet :  
 Infremit, horrendumque gemit, gemituque dolorem  
 Vulnerat . In medias vel se iactare procellas ;  
 Vel ferro parat ire suos crudelis in artus .  
 Sed prohibet remouetque manus à cæde Tyrannus,  
 Abruptumque iubet reuocari ad mœnia bellum .

*Deprehenso errore  
 Mahometis lætus,  
 & rabies .*

Christiadae fugisse rati per devia Thraces,  
 Quos implorant Superum cœlestibus armis,  
 Postibus erumpunt alacres, desertaque castra  
 Diripiunt: mox immittunt incendia classi,  
 Quæ castris adiuncta latet, raroque quiescit  
 Præsidio malè tuta. Faces virgulta vorantes  
 Coniiciunt: est flamma foros; illapsaque pestis,  
 Aligerum gliscit pennis agitata Notisque  
 Transtra per & remos. pendentia vela recumbunt  
 In cineres, malusque flagrat: calet omnibus undis  
 Danubius, pelagique minor se fluctibus abdit.  
 Cum tædis repetunt hostilia castra: fauillis  
 Pabula, quæ prædæ superant, tentoria præbent:  
 Ferrea, quæ spectant urbem, tormenta retorquent,  
 Atque ora in Thraces vertunt, spirantia mortes.

Sænior ecce autem, focijs in flumine merfis,  
 Et sparsis audaces vlturus sanguine fluctus,  
 Dum redit Odrysius ductor, pugnamque reposcit;  
 Aspicit è castris fumosa volumina noctem,  
 Et nigras medio nebulas offundere Soli.

Horret, & accelerat. Lauro redimita virenti,  
 Fulminis in morem, de nube coruscat & ardet,  
 Obtutusque ferit Crux murice rubra cruoris.  
 Palluit aspectu Mahometes; telaque vibrans,  
 Iurgique in cælum: Proh nostris inuida palmis,  
 Sidera! victores an vincimur? unde repente  
 Hæc cælum caligo tegit? num dedecus ingens  
 Christiadam refugo Sol lumine fugit? at umbris  
 Cur inferta micat mortis crux impia signum?  
 An bis victa rubet, victi crux lancea Christi,  
 Atque suo gentisque suæ dum funere luget,  
 Nubibus induitur? Sed caligante latentem

*Albani disce-  
 dere Turcas  
 à murorum  
 oppugnatione  
 dum vident,  
 diuina vi fu-  
 gatos credunt,  
 egrediuntur ab  
 urbe, coram ca-  
 stris diripiunt:  
 incendunt, &  
 mirabilia tor-  
 menta in ho-  
 stem, si rursus  
 audeat accede-  
 re, versant, &  
 armant.*

*Mahometes  
 redit ad mu-  
 ros.*

*Globos fumid  
 vides attollis,  
 & in medio  
 fumo coronan-  
 tæ lauro Cym-  
 cem signum vi-  
 ctorie per Cru-  
 cem, & Lau-  
 retana Virg.  
 apertè repor-  
 tanda. Ps.  
 Furit in Cru-  
 cem,*

Eripiam te nube. Arcu iace tela, fatelles :  
 Sit scopus illa sagittarum : cadat inde, terenda

*Turca tela  
 iaciunt in cru-  
 cem, sed in il-  
 los retorquen-  
 tur.*

Odrysijs iterum pedibus . Sic ille . Pharetris  
 Spicula depromunt Thraces, & in ardua torquent  
 Signa . Sed in Lunam Crux illicò versa cruentam,  
 Spicula fixa refert, nigrum stillantia tabum .

*Timeant fera-  
 le omen.*

Incubat hinc pauidis rursus legionibus horror .  
 Primus Ebubezer : Nostris heu vincimur armis ,  
 Clamat , & Odrysijs Othomanica Luna sagittis  
 Impetitur , nostroque rubet maculata cruore .  
 Sparsumus in fluium Socios: nunc tela moramur  
 Nostra : quid vlteriùs , fatalia monstra , paratis ?

*Dux timorem  
 dissimulat.*

Dissimulat tamen ista furor Ductoris , & æstus  
 Comprimit occultos animi . Mahomete quis, inquit,  
 Castra mouente, paucor? mecum, pars prima triphi,  
 Non timuisse . hosti vestrum differte timorem .

*Iterum muris  
 propinquat.  
 Mahometes  
 ad munitiones  
 redit, & eas a  
 Coruino occu-  
 patas reperit.  
 cum recuperã  
 di gratia præ-  
 lium iustaura  
 ret, obuersas  
 in se machi-  
 nat reperit, a  
 quibus c. So-  
 cius ledentur.  
 Bonfin. apud  
 B. l. v. ann. 17.*

Infera cum superis concurrant, terraque, & æther,  
 Indomitumque caput Rheni, Pactolus, & Albis,  
 Vistulaque effundant acies, concurrat Iberus ;  
 Non vacet vlla manus; consumat fulmina cælum ;  
 Si viuo, vinco . Dixit, calcarque timori .  
 Addidit . Albani castris hostilibus astant .  
 Quique precabantur fœdus, dubijsque salutem  
 Et requiem rebus, dexteras conferte parati,  
 Expectant, Thracemque volunt, & fata minantur .  
 Hostis adest: fremuere omnes: tormenta que in hoste  
 Hostica displodunt, stridentque volantibus aura  
 Ignibus atque globis; equitesque, ducesq; proteruis  
 Occumbunt flammis . Vlutant turbata tumultu  
 Agmina: confusus Mahometus imagine belli,  
 Turbidus insanit: frons mixtas ignibus iras  
 Euomit in cassum; stridorque, cruorque cadentum,

Atque suis armata armis, securaque castris  
 Mors rapit in rabiem. Palantes vndique turmas  
 Significat dum stare manu, & discrimine cæco  
 Circumflectit equum; tormento missile fulmen  
 Euolat ærato; flammâque sonoque globoque  
 Aurigante, metum portat, vulnusque Tyranno.  
 Ictus at erravit; peteret cum corda, lacerto  
 Hæsit, & excussit, dextrâ indignante, sagittam.

I nunc: signa feri Crucis inuiolata: phalanges  
 Tela vibrare iube: vicisti? perfide, campo  
 Cede. cruenta tuis Othomanica luna sagittis  
 Iam rubet, & Superûm tibi pallida nunciat iras.  
 Viribus humanis sic freta superbia vincit.  
 Ille pudore oculos voluens, frendensque dolore,  
 Præcipitem detorquet equum, Soloque recedens  
 Armigero comitante, casâ, qui vicerat vrbes,  
 Subsedit parvâ victus; secumque volutans  
 Euentus belli, tacito iactatur ab æstu,  
 Et secum his dictis pugnat, securus ab hoste.

Quò trahitis fera fata? sequor; sed fortè sequentem  
 Ah pigeat traxisse. Leo non vincitur vno  
 Vlnere: vel phætras si consumatis & arcus,  
 Numina iniqua, vsûm bellî, non bella remittam?

Ducere si nequeo Thraces in prælia; Manes  
 Eductasque Erebi ducam penètralibus Umbrâs.  
 Quid loqueris vesane furor? quæ bella geremus,  
 Prælia si victi fugimus; regnator & Orbis  
 Exiguâ si rupe latet? Quò turba meorum?  
 Quòue Duces abiere mei? quis vulnera lymphis  
 Abluit? Augusto, sic Regum in sanguine vires,  
 Cuspидis atque aciem tentas, Fortuna? rotamur  
 Sic magni cum plebe Duces? Perge, improba, perge!

*Pestore factum sub papilla in castra pedes retulisse memorat. Corvinus missionibus putatus eas incidit. Ad Sauit cum M. abome res respirasset aiunt propinari sibi venenit iussisse. Idē ib.*

*Desperati sub rupe vox.*

*Ferunt nunquam postea eius cladis meminisse, quin mentum barbaramq; demulcēs quassatusque caput ei diei maledixit, qua pugnā ad Albanos feruit. Io. Breuius de smor. gens. c. 8. Coruinus belli labore defatigatus in febrim incidit, quā paucis diebus absumptus est. Bonfin. apud Bion ubi sup. Pius Hannia dicit triūphus. Christ<sup>us</sup> in Cruce ante Matrē de morte triūphauit, et pacis Angelorū inter lacrymas. Hunniades in templo Virg. & amplectens Capistr. crucē, qua victor fuerat, de morte triumphat dulces amicum inter lacrymas.*

Indomitā ceruice cadam . licet eruta rupes  
 Me premat hęc , feriar , non vincar . solus , & exul ,  
 Non exul , non solus ero . mea signa sequentur  
 Et furor & rabies . Mahometi militat ipse ,  
 Ipse sibi miles , Mahometes , ductor & hostis .  
 Hęc agitans discerpebat ferus vngue capillos ,  
 Promissamque genis barbam , Superitque , sibique  
 Dira precabatur ; Numenque , animamque peroso  
 Vnica vindictā spes importuna placebat .

Te quoque magnanimis bellorum exercitę curis  
 Tędia ceperunt vitę meliora ; Deique ,  
 Hunniades , te cepit amor . Non pompa triumphi ,  
 Non Mundi plausus , Regni non dona Latini  
 Alliciunt : raperis melioris imagine Regni .  
 Milite dimisso , cęlestia colligis arma ,  
 Militiamque animi , suspiria , vota : laboris  
 Pro mercede dari tibi , quem defendis , Olympum  
 Poscis ; & audiris . Te lethi nuncius ardor  
 Occupat , & cęli maiores excitat ignes .  
 Sensit vbi mortis vestigia : protinus , inquit ,  
 Virginis in Templo , famuli , componite corpus .  
 Hęc erit Hunniadis victoris pompa ; sub illa  
 Fronte mori , qua vita fluit , quęue ętheris iris ,  
 Atque triumphalis , pueri fuit arcus Amoris .

Stellarum , Superi , dimoto cardine , postes  
 Pandite nunc ; speciemque noui spectate triumphi .  
 Sic decet : hęc Pietas dat munera . Numinis olim  
 In Cruce talis erat victā de morte triumphus :  
 Scilicet hoc thalamo , męllęque ante ora Parentis ,  
 Pacis & Aligeros inter , fera fata gementes ,  
 Occidit . Hunniades moriturus lumina Matrę  
 Sic quoque Virginę quęrit : Crucis arma reposcit

In



In Turcas vibrata; sui nunc pramia belli.

Elatus Natorum vlnis dextrâque Ioannis,  
Quo comitante manum felicibus intulit ausis,  
Templa subit: procumbit humi; complexus & aram  
Virginis exoluit voces; mox pectore vitam.

Diuâ, Ducem famulumque tuum, quia vicit, ouanti  
Stringe sinu: tege me dextrâ, quàm corpore, & armis  
Thracis ab insidijs texi. manet vltima belli

Alea, victores Orbis qua sæpè pudendo  
Occubuere obitu. Nil vicit, quisquis agone  
Victus ab extremo, Ditis descendit ad umbras.

Fine coronantur mortalia: fertaque fronte  
Sæpè soluta cadunt; hæc si non vltima nodat,  
Æternoque ligat filo irreuocabilis hora.

Ciuitica quid prodest seruato milite quercus,  
Si te non serues? si laurus, quercus, oliua  
Aret, & in Stygijs crepitat cinefacta fauillis.

Pugnati: vici, victo sed Thrace, trementem  
Iudicis æterni dubio certamine terror,

Vitæ amor inuadunt, mors, Tartara, cura Futuri,  
Quò fugiam? tu, Mater, eris fugientis asyllum.

Sæpè tuis vici auspicijs: nunc denique vincam.

Audeo. quis lethi sudor lauat ora propinqui,  
Sordeo dum venis Thracum? siccare: quid imbre

Alluis infausto vultum, quem Diuâ serenat?

Audeo. Virgo iubet. scelus est sub Virgine mortē,  
Iratique Dei flammâs, vultumque timere.

Virgo, tibi vixi: morior tibi. Viuite, Nati,

Olli vos etiam, mea posthuma gloria: ferrum  
Stringite in Odrysijs pro Virgine. quæritis ignes

In sacra belligeros si prælia; ducite ab vrna,

Quæ nostros condet cineres, hoc igne calentes.

*Aderant mo-  
rituro filij La-  
dilaus, &  
Matthias. Ca-  
pistranus à  
latere num-  
quam discessit  
Ibidem.  
B. V. se com-  
mendat.*

*Varij Coniunã  
affectus in  
morte timore  
præsertim  
amoris, & spei*

*Se animat  
spe.*

Si durat post fata labor, sedesque quietas  
 Sollicitare potest; hæc belli cura sequetur  
 Me post fata. Nequit procedere longiùs? at vos  
 Corporis ò Nati heredes, animæque paternæ,  
 Crescite in exitium Thracum. sic ipse meorum  
 Pugnabo manibus: vincam virtutibus hostem;  
 Transcurretque meam vis & victoria prolem.  
 Vnum, quòd superest, comes ò dilecte laborum,  
 Dux, miles, potiorque mei te, causa triumphi,  
 Alloquor extremum, Thraci crucis ense Ioannes  
 Terribilis. Sine te in bellis, si laurea fronti  
 Nulla caduca fuit; sine te nunc altera pacis,  
 Quam spero, æternæ non vernet adorea. Notam  
 Tolle Crucem, dum circumstat me turba timorum;  
 Quæque fugat Thraces, fera castra fugabit Auerni,  
 Docta Tytannorum pessundare colla. cruenti  
 Da labris libare Dei victricia Mundi  
 Vulnera, vos cordi, vos cunctis imprimò membris.  
 Ductorem sine cæde mori, sine vulnere, turpe est.  
 Vulneribus moriar Christi, si vulnere desunt  
 Nostra. Valete mei securi funere ciues:  
 Terra vale: tuba victorem iam poscit Olympo.  
 Hæc fatus; pressusque solo, super ardua gressus  
 Astra triumphales verret, cæloque potitus,  
 Addetur superis ingens Heroibus Heros.  
 Hinc noua Laureti volitabit fama per Orbem,  
 Virgo vbi belligerans patriâ de Sede phalanges  
 Attriuuit Pharias, Laurumque virere triumphi  
 Iussit, qua terras tegetur felicibus umbris  
 Iungens armatam Paci Victoria dextram.  
 Hinc fiet Lauretanam concursus ad Urbem  
 Finibus extremis, vario quos aspicit ore

*Eius verba sunt apud B. fin. vbi supra. Capistranus Crucem moriturus poscit, & osculatur. Idem Bonif. Stratus erat in Templo ante aram Beate Virg. Id. Hæc victoria in quâ 60 m. Turcarum rucidata sũt 24 continuatis horis prælio durante multisq. cadentibus sine vulnere, ipso-rum hostium confessione diuinitus relata est, & B. Virgini Lauri cuius auspicijs cepta est, à Chri- stianis fuit adscripta. De hac Ioa. Boem. & alij m.*

Sol oriens, moriensque. Fluentibus undique turbis  
 Non sat erunt vrbes; non subdita montibus arua,  
 Non nemora & valles: omnes tamen hospita gentes  
 Virgo sinu capiet. Tunc horrida bella silebunt;  
 Vel dubio tantum frendent, pauidoque susurro.

Post leue ceu murmur, diffracto carcere nubis,  
 Fulmen agit volucres inopina in vulnera pennas;  
 Haud aliter succensa nouis incendia bellis,  
 Quæ patet Orbis, erunt. Conabitur vltima fato  
 Proxima postremo Discordia. Viscera flammis  
 Sic sua quæ pascit fax cerea, languet inerti  
 Dum moritura rogo, fugitiuum turbinat ignem;  
 Et crescit, dum decrescit, fit prodiga lucis,  
 Dum fumum vibrat extremum, sepelitque nitorem  
 Nube suâ, moriens. Mutina atque Insubria fluctus  
 Eridani furij incendunt: Gallia ciues  
 Ciuibus opponet, sibi se. mox Alpibus iras  
 Egeret in campos Italiam, fata florida pacis.  
 Flandria perpetuo bellorum agitabitur æstu,  
 In medio malè tuta mari. succumbere Marti  
 Inuictos subiget belli fortuna Polonos;  
 Obsidione fatigabit dum Moschua muros,  
 Odrysusque furor; dum seditionibus vrbes.  
 Classe Suecorum trepidant, telisque Scytharum.  
 In Cretæ Phlegethon sua flumina voluet arenas.  
 Adriacum lue Threiciâ quò polluat æquor.  
 Ebria Regnantum scelerata Britannia venis,  
 Quod calcat, dabit infido diadema Tyranno,  
 Quod rursus rapiat, malè fida, Hispania motu  
 Heu Mundi concussa tremet: tremet India rostris  
 Hollandis impulsa: rates dum remige Dite  
 Vrget auarities, regnique immensa cupido.

ITER

*Hæc ViFloria  
 S. Maria Lau  
 retanz nomen  
 toto pinè Chri  
 stiano Orbe  
 propagauit.*

*Turf in list.  
 Laur.*

*Vltimâ bella  
 vltimique Di  
 scordia cona  
 tus ante par  
 tam sub Ale  
 xandro VII.  
 pacem.*

*Anglia occiso  
 Rege creat  
 Craunuelen  
 in Regem.*

## ITER LAVRETANÆ DOMVS

## LIBER XXIX.

## ARGVMENTVM.

*Fuere vicina pacis indicia: Reditus in Urbem Card. Antonij Barb. S. Domus protectoris: Inter huius nepotem, & Pontificis neptem nuptia: Electio Ferdinandi IV. in Regem Romanorum: Eiusdem mors beneficio Lavretana Domus calo fausta, Hæresi fatalis: Sinarum Reginae ad Fidem conuersio. Posthæc Discordia à Michuèle penitus profligatur. Pacifer Socios itineris remuneratur. Denique S. Domus in Laureti monte defigitur, ubi nunc est, eritque semper, ut speratur.*

**P**ost varios fluctus, disrupaque viscera Mundi,  
Denique disrumpet rabie Discordia pectus,  
Victaque tempestas cadet omnis ferrea, Ponto  
Fausta procelloso cum sidera collucebunt  
Septimi Alexandri; fixoque in litore trunco  
Fluminibus cum Quercus erit furialibus agger.  
Plaudite: Pamphiliæ succedet Quercus oliuæ.  
Grande sequituræ Pacis, domitique trophæum  
Martis erit Quercus: Pax Quercu Serta parabit,  
Tranquillumque teget folijs vetricibus Orbem.  
Hæc sub Alexandro Romæ Regina sedebit,  
Atque catenatum premet imperiosa Gradium,  
Sideribus præcincta comas, atque iridis arcu.  
Illius ad folium lauro redimita virenti  
Oscula libabunt Dominae Regna omnia Pacis.

Hæc

*Omina futu-  
re pacis, &  
causæ insignia  
Alexandri  
ÆII gentili-  
tia.*

Hæc folio surgens amplexibus illa ligabit,  
 Qui libertatem iucunda in fœdera soluunt.  
 Libera tunc Roma in Templû, Mundusq; migrabit:  
 Arma tegent Pacem: Pax bellica seruiet armis.  
 Magnus Alexander ferro dum proruit Orbem,  
 Et pacem ferro lacerat crudelis eodem,  
 Obuius è Solyma pacata in cyclade Mysta  
 Vicit Alexandrum, pacisque infudit amorem.  
 Maior Alexander Magno tunc bella Sacerdos  
 Vincet, & ense sacro maetabit fortior iram.  
 Abijciet Bellona flagrum: Mars proteret hastam:  
 Nullus erit gladius, nisi quem non territa vibrat  
 Pacis amans Astræa: fremet frustra que reposit  
 Martis equus campum. Gladio quæ pugnat acuto,  
 Atque animæ ferit vna fibras Facundia Verbi,  
 Paciferam positis armis agitabit Oliuam.  
 Dum Pax regnabit; quassato condita Mundo,  
 Eumenidum lacrymis Discordia sparsa iacebit.  
 Præfica erit laceris Rabies vesana capillis,  
 Sandapila & diri curator funeris Orcus.  
 Purpureum velamen erit super atra iacentis  
 Membra cruor regum, bellorum incendia, tædæ;  
 Ut consumpta perit, quæ lucet tæda sepulchris  
 Igne vorata suo, seruit morituraque morti;  
 sic extincta suo Discordia concidet igne.

*P. Oliua Apo-  
 stolicus Con-  
 cionator.*

Fortunata dies! irim de nube serenâ  
 Cui Cælum pariet diuini Solis ab ore,  
 Imbribus exactis, properis argentea bigis  
 Antiquos ordine dies, radiisque retexe  
 Aurea secla nouis, factis dimensa decoris.  
 Te vocat vndarum magnis stridoribus æquor,  
 Tyrrhenû, Adriacum, quod supra, atque alluit infra.

Lusia-

Lusadæ , Latium , Germania , Gallia , toto  
 Oceano exultans Hispania , totaque bellis  
 Dilacerata diu generosa Polonia , pacis  
 Nomen amant , hoc omnia nomine respirabunt ,

Ante tamen pacis dabit argumenta propinquæ ,  
 Pamphiliâ quæ descendet de turre Columba ,  
 Atque suam Fabij cum Quercu iunget oliuam .  
 Nam dum Pamphilio senium curæque vigorem  
 Mutabûnt , membrisque cruor visque omnis hebescet ;  
 Accipiet regnaturi mox Principis omen  
 Virginis è Templo , dederat cui nomina Quercus ,  
 Ille , ubi Virgineæ venerabitur Arboris aram ,  
 Hauriet insolitam sacro de robore robur ;  
 Vaticinulque , mouente Deo , ventura docebit .  
 Virgo , Fabi , tibi Regna parat : tua Quercus Oliuæ  
 Succedet nostræ . Quæ sustinet icona Quercus  
 Atque meas renouat vires , tibi robora subdet ,  
 Prælia quò rumpas . Post hæc exordia pacis  
 Ille domi ponet celebrans connubia Neptis ,  
 Et socias sibi iunget apes , vt sædere in vnam  
 Conspirent Quercum , tenuesque ex arbore cellas  
 Mellaque distendant . Nuptis paranympus amoris  
 Flos ostris Franciscus erit , cui regnat honestâ  
 Fronte pudor , pietasque animo , sapientia mente ,  
 Pectoreque iniucto patientia , nescia frangi ,  
 Et scelèrum impatiens . Aderit tunc redditus Vrbi  
 Pontificum splendor , Charitum flos , gratia Regum ,  
 Atque reflorescens antiquæ gloria Romæ ,  
 Ex vno cum foeta sinu fera fulmina belli ,  
 Diuitias , pacem , ferrum euoluebat & aurum ,  
 Hæretis ? titulis , tacito vel nomine , claret ,  
 Romanis maior fastis , Antonius , armis

*Franciscus  
 Card. Barberi  
 nus .*

*Antonius  
 Card. Barberi  
 nus .*

Et pietate potens, multis Heroibus vnus  
 Grandior: in Latium, domitâ cernice, Leones  
 Quem non magnanimi ducent; amor ipse Quiritum,  
 Ipsa feret, patiens quæ tendit in ardua, virtus;  
 Magni quæq; animi est animus; quæ poscit honores,  
 Ne iaceat probitas, opibusque æraria complet,  
 Pleniùs vt iaciat. Redeuntem hunc Roma, triumphi  
 Non curru, sed corde feret: non flore coronas,  
 Collibus at septem finget, quibus illa superbit,  
 In cunctas dominata plagas. Curuabit Atlanti  
 Illa suo Montes: etiam se subdet, Olympo  
 Quæ tantum inclinata caput submittit, & Orbem  
 Curuat ad obsequium: Cæli vix attrahet auras  
 Aufonij Princeps; cum Romæ Roma reuulsa,  
 Mœnibus erumpens, lacrymas, ciuesque profunder  
 Illius ante pedes. Plausu vectante, per Urbem  
 Incedet; reddetque suæ sua lumina Genti,  
 In Gallos dispersa diu. Vestigia Solis,  
 Dum graditur, calcare putes, qui dona reuisit  
 Et renouat, dum luce vias, & munere signat.  
 Hic ædes, & Tempia videt; quæ vestijt auro:  
 Inde graues argento aras: hic igne plateas  
 Quæ festo micuere; inopumque hic agmina, quondâ  
 Fulta opibus. Strépitum populi, studiūque fauentū  
 Omnibus attonitus Tyberis mirabitur vndis.  
 Plebs & Nobilitas ab amore mouebitur vno,  
 Lætitiâque fremet simili. Sic Nilus arenas  
 Indignatus, in antiquos dum voluitur agros,  
 Munificusque vndâ reuehit resfluente Canopi  
 Fortunam; plaudunt ciues, fluiumque saltant:  
 Murmure conspirant populi fluctusque secundo;  
 Et reducem crispant lætis clamoribus amnem.

*Antonij præci-  
 pua virtutes,  
 fortitudo, libe-  
 ralitas, & ma-  
 gnanimitas.*

*Antonio è Gal-  
 lia redeuntis  
 Roma plau-  
 dit.*

*Dominante* Ille tumet, terramque beat; cum Sirius agmen  
*Canicula crescit Nilus calidis eius vaporibus exortatus. ex Luc. Plin. & alijs.* Excitat undarum calido super arua vapore.  
 Non secus Antoni pretiosa fluenta lacescit  
*Lauretana Domus plausus Anienij Principis in adueni, cuius ille Patronus erat.* Diluuium moturus amor, dum crescit in ignes,  
 Et fremitu excipitur raptæ cum flumine gentis.  
 Laureti tunc alta Domus, de vertice collis  
 Principis ora videns regnis obiecta propinquis,  
 Et Ligeri Tybrim lugente agitare sonoras  
 In plausus venientis aquas, sua fumida risu  
 Saxa colorabit; plausu vocalia reddet.  
 Quæ mora, clamabit? te Gallica regna morantur,  
 Qui me consilij, & mentis mole tueris?  
 Patronum legisse meum quid profuit; Alpes  
 Si transiectus, & Italiae confinia, rupes,  
 Arua aliena rigas auro, vultuque serenas;  
 Romanique decus Regni, gentisque togatæ  
 Vnâ fronte refers, par est quæ pluribus vna  
*Romans Curia cum Pontificibus propter Romæ tu multus diu nobili exilio regnavit in Gallia.* Regibus & populis? Vidit iam Gallia Romam,  
 Et vidisse semel satis est, dum nobilis exul  
 In Pyreneos sua septem culmina montes  
 Verterat, exilio latè spatiosa superbo,  
 Nominis atque nouum referans fugitiua Theatrum.  
 Te seruatorem nunc illa reposcit, ab armis  
 Quæ defensa tuis, & mē tunc auspice victrix,  
 Tē gaudet præsentē frui. nunc illa quadrigis  
 Exultat, gaudetque tuo floretcere cultu,  
 Doctrinas qui luce novas, atque alluis auro.  
 Te mihi, te Romæ, Princeps, largire parumper,  
 Fertilis ingenio atque manu: noua fundere dona,  
 Addere teque super donis mē discere magistrâ,  
 Pauperie quæ diues, opes, atque Æthera fundo,  
 Largior atque Deum. Collo pendere Columbam,

Quæ



Aspiciam, Patris & Nati quæ pectore pendet,  
 Infinita agitans niueis incendia pennis.  
 Hæc me bulla refert. volucris quæ nidus Amoris  
 Concepi niueo flammæ ex ore Columbæ,  
 Hoc Equitem formo donatum munere: dignum  
 Hoc probo militiâ Superûm; si seminat ignes  
 Prodigus in miseros, pietatis largus & auri.  
 Hæc animata olim referet Domus hospite Verbo.  
 Nec tua Roma silet. Nunc, inquit, Principis ostro  
 Roma triumpho iterû, chlamydèq; atq; ora coloro.  
 En redijt Princeps, mea cura, Parentis imago,  
 Romulidumque decus, sequitur quæ Gloria, Virtus  
 Cui vallat generosa latus, cui gratia seruit,  
 Cuius felici compleuit nomine Fama  
 Mille tubas, mille ora; panet quod liuor, & horret  
 Turpis auarities. Antoni macie: repostum  
 Spargere perge aurum. basis aurea in astra Colossos  
 Si pedibus teritur, maiores inserit astris.  
 Congere diuitias, pelagus ceû congerit vndas,  
 Qui non crescit aquis, sed flumina fluctibus auget.  
 Quisquis calcat opes, meritis æquatur Olympo:  
 Si gerit affixas cordi; captiuus ad ima,  
 Atque catenatus trahitur de culmine Regni.  
 Imperitare opibus qui nouerit, imperet. hoc est  
 Principis ingenium: quantum ipsa pecunia crescit,  
 Si decrescit auarities. hunc ambiat aurum;  
 At non ille aurum; Non vectigalia quærit  
 Flumina, sed ripis recipit mare. Mundus, & Æther  
 Fluxit in Imperium nostrum reuolutus; in omnes  
 Flumine donorum terras quia fluximus. Artes  
 Has te Roma docet: sed, tē quoque Principe, Roma  
 Discit adhuc artes regnandi. Regna parari

*Roma plau-*  
*dentis Anto-*  
*nio vox.*

*Roma munifi-*  
*centia sibi sub-*  
*didit orbem*  
*terrarum.*

Non ferro, sed amore doces, Regina mariti  
 Te colit Oceani; te nominat Adria Ciuem,  
 In sua bella tonare olim quem viderat hostem.  
 Belligerat nunc illa iterum, sunt classica laudes;  
 Martius ardor amor; barritus plausus amantum;  
 Munera tempestas chalybis; sunt aurea tela.  
 Vinceris, & vincis: victoria vincit vtrumque  
 Nexibus auratis, dum praelia pace mouentur.

Experire sequutura praeludia pacis

Exhilarans quoque, Rhene, nouo crystalla nitore,  
 Lux tibi ridebit fugitiua è nube doloris,  
 Cum Ferdinandus, fato rapiendus acerbo,  
 Gaudia Romano communia pinget in ostro,  
 Hæresis atque oculos cæcabit lumine Regni,  
 Attamen o quales radios, vel cæca videbit

Principe in Austriaco! præconia liuida fundet,  
 Hostis & inuicti virtutem inuita probabit.  
 Sic diuina Dei, mortalibus indita membris,  
 Progenies terram dum cursibus ambit amoris,  
 Inferni domitorem Erebi sensere profundis  
 Corporibus clausæ Eumenides, Lemuresque minaces  
 Sopiti furias, crudo de gutture virus  
 Projiciunt, tremuloque genu & clamore fatentur

Esse Deum; tortorque instat; celebrantque dolentes,  
 Quem diris odere animis. vis omnia vincit  
 Scilicet omnipotens Virtutis, & ipsa colubrum  
 Colla iubet meritas pro peste reponere laudes,  
 Quam vacuant pede pressa. hostis dū vincit, amatus  
 Dum regnat, colitur. Discordia cæca dolore  
 Sola fileat: timet antra Erebi sedesque nigrantes  
 Rursus adire; manu pro sceptro fulciat Orbem  
 Si Ferdinandus, qui maiestate domare

*Hostium ipso-  
rum amor, &  
liberalitatis  
contentio cum  
Antonio.*

*Quartum vi-  
cine pacis si-  
gnum Ferdi-  
nandi IV. in  
Regem Roma-  
norum electio*

*Quid nobis, et  
tibi Fili Dei?  
Matth. c. 8.*

Omnia bella potest, captiuæque ducere corda.  
 Hæc sperat dum Roma, tonat, tonitruq; secundo  
 Principis ingenium signat, quo territat hostes,  
 Et Fidei plaudit. Turri globus ardet in alta,  
 Quem super impendet pedibus Iouis aliger vncis  
 Fronte coronatâ: monstratque volatus & ignis  
 Imperium latè volitans, velut ardua flamma,  
 Magnanimâ spirant quatuor quam fauce leones.  
 Scilicet Austriacus, veluti leo feruidus æstu,  
 Quadrifidi partes Orbis replebit amore  
 Numinis, & magnâ populorum strage nocentum,  
 Atque sui fulgore animi, qui parcere nouit  
 Mitior abiectis, & debellare superbos.  
 Roma etiâ gravidas flammis, crepituq; columnas  
 Festiuo, & resono Tritonas in igne natantes,  
 Ignitisque Aquilas alis super alta locabit  
 Pegmata. viatores ostendet machina cursus  
 Herculis Austriaci, cuius vestigiâ famæ,  
 Et decorum gressus, peregrinaque gloria vastum  
 Alcida superabit iter, tædamque vibrabit  
 Pro claua, qua crinitam serpentibus hydram  
 Hæresis exurat, ne spiret ab ore ruinas.  
 Machina Romano fabricabitur altera Regi,  
 Religione Fideque Stygis qui monstra domabit.  
 Aëre terribilis Draco pendet: semina mortis  
 Cæca suâ gestans vtero, grauidusque nitrato  
 Puluere, per medias auras irrumpit, & halat  
 Faucibus ardores, & sibila: concipit angues  
 Corpore mille vno; gremioque vteroque morantes  
 A latere à tergo, laceratâ à vulnere frontis  
 Parturit in mortem. Sed bellica Virgo Draconem  
 Religio aggreditur iaculatâ turbine flammæ:

Ignis festis, et  
 artificiat in  
 Collegio Ger-  
 manico.

In adibus  
 Card. Colum-  
 na Germano-  
 rum patroni  
 moles incen-  
 diarie.

Hercules Mæ-  
 di globum hu-  
 mero fulciens,  
 superuolantes  
 aquila, & Tri-  
 tones natan-  
 tes.

Alia moles.

Sulphureos calamos & viscera foeta fanillis  
 Vulnerat, atque aperit. calidis tunc missa querelis  
 Fulminat, atque perit rabies ignita colubri,  
 Flammataque animam per spiramenta furoris  
 Projicit indignans, & fumo funeris arcem,  
 Funereumque rogam sibi fabricat, atque sepulchrū.

Quò vates agor infelix? mors omnia vertit  
 Turbine, quem spirat. festis ex ignibus umbra,  
 Caligo tantùm & lacrymæ cineresque superant.  
 Tolle cupresse comas: virides arefcite lauri.  
 Roma gemit; quis non vlulet? iacit illa coronam  
 Vertice; scepra manu: miscet sese omnibus vndis  
 Danubius Romæ lacrymis. Sola impia ridet  
 Hæresis & plaudit, vibrato fulmine plausum  
 Ferdinandus at abrumpet; cæloque locatus  
 Romanum reget Imperium. sublimior arces  
 Hæreticasque acies & clariùs inde videbit,  
 Fortiùs & feriet. Non errant fulmina, cælo  
 Quæ mittuntur. erit frons Hæresis ardua signum,  
 Vulneris atque locus. tibi seruiet, armaque & ignes  
 Suggestet è cælo frater post fata parentis,  
 Parue gigas Leopoldæ: patrem fratremque virili  
 Tu referes virtute; manu sed fortis vtrumque  
 Belligerâ vinctes, quam ducis ab Æthere, flammâ.  
 Huc agite Imperij, Fideique, Deique rebelles.  
 Signa mouet belli iam Ferdinandus ab astris.  
 Ille ignis micat in bellum plausumque triumphum,  
 E Lauretana rapuit, quem Virginis ara.  
 Huius in illustri rem colloco lumine: lactus  
 Soluite, Germani, lætosque resumite cantus.  
 Ut se componet folio regnator auito  
 Ferdinandus, & Imperij getet arma Latini

Anno post ele-  
 ctionem vix  
 absoluto mori-  
 tur Romanus  
 Rex.

Ferdinandus  
 IV. Hæresim  
 vicit in morte  
 ideoque gaudē-  
 dum.

Defensor Fidei, sic voce minabitur hosti.  
 Nulla mihi tecum sint fœdera, flammea pestis,  
 Hæresis, agrorum, Christi qui sanguine vernant.  
 Ipse tuis vr̄am sed te vulpecula flammis.  
 Tænareum substerne caput: ceruice superbâ,  
 Et colubros super elisos mea regna locabo.  
 Cor micat in bellum: motus præsentio primos:  
 Ex alto meliùs pugnabo vertice Regni.  
 Ut pereas, viuum; fugias vt ab Orbe, sedubo  
 In folio, velut arce tonans, Aquilæque ministrans  
 Fulmina Romanæ, quibus Hæresis vsulet hydras.  
 Aurea in Austriacos, in te sed ferrea dextra  
 Sceptra geret. non placabor nisi sanguine, cæde,  
 Exitioque tuo. lacrymas da: projice virus:  
 Sit tibi Roma caput, pedibus quam perfida calcas  
 Vicisti. hæc tantùm Cæsar superabitur arte.  
 Corde meo Regina sede: te vestiet ostrum  
 Cæsaris atque animus. Meditantem talia sensit  
 Hæresis; & secum: Quæ prælia concipit, inquit,  
 Ante ortum elidam: fraudes versabor in omnes,  
 Ut cadat ante diem nullo certamine. dixit,  
 Inque dolos acuit mentem, tempusque moratur.  
 Venatum in filuas Rex, & Germana iuuentus  
 Ire parat; campis vt belli exordia ponat,  
 Hæresis atque latus iucundâ in cæde ferarum  
 Addiscat penetrare ferox. At, nocta nocendi  
 Illa diem, volat in filuas: se vertit in omnes  
 Insidiosa feras; prædæ vt dulcedine captus,  
 Difficilisque viæ patiens, Solisque maligni,  
 Per sata, per montes, excurrat anhelus, & inde  
 Quadrupedes agat in valles, atque inuia lustra,  
 Puluerulentus, & irriguus sudore, necemque

Ferdinandi  
 IV. in Hære-  
 sis voces mi-  
 naces, si perse-  
 ueret in scele-  
 re, & si respi-  
 ceat, amabiles.

Regi venanti  
 Hæresis parat  
 insidias.  
 Vt in venan-  
 do nimio labo-  
 re fatigatus.  
 morbum con-  
 trahat, multa-  
 rum ferarum  
 vultus induit,  
 quas ille fru-  
 stra persequit-  
 ur.

Approperet properando ; calor dum viscera pascit  
Noxius , & vires tacitè febris ignea carpit .

*Hoc fastidire  
solebat in ve-  
natione Ludo-  
vicus Pius.*

Vt lucos subiit venator ; ab arbore Marris  
Icona virginæ suspendit , tu mea , dixit ,  
Virgo Diana ; feras sed dum venabor , amorem  
Ipse tuum votis , cordisque indagine quæram .  
Post hæc fatali streperunt cornua cantu ,  
Et plausere canes . Proteus ruit ecce ferarum  
Hæresis , aggrediturque fugam sub imagine cerui :  
Transmittit cursu valles , montesque requirit :  
In gladios , in tela furit , Regemque fatigat :  
Mox fugit , atque redit . fit aper ; venabula saltu  
Præterit , & fallax se montibus abdit opacis .  
Præcipiti gressu de rupe reuertitur vrsa ,  
Densâ venantium quæ circumseptâ coronâ ,  
Fraudibus eripitur , repetitque agitata cauernas .  
Miratur Ferdinandus torpentia tela ,  
Indocilesque canes , atque irrita vulnera . vultus  
Cordaque conuertit , niuæ quâ Virginis icon  
Arbore pendebat lauri . Mea Cynthia , dixit ,  
Venatrix animi , tu lumine disijce fraudes ,  
Si quæ fortè latent . vox reddita : lumine vinces :  
Cerea tæda feras feriet , Proteusque ferarum  
Induet insidias , quas fabricat . Æthere summo  
Nostris armatus radijs , venaberis hostes .

*E venatione  
Rex agrotat.*

*P. Bernardum  
Geyer Confes-  
sarium suum  
iubet accessi-  
ri . sed interim  
veterino corri-  
piatur . Hist.*

Virginis exarsit dictis bona flamma ; per artus  
Sed mala vulgatur , quam ventilat Hæresis ore  
Cædibus innumeris tumido ; geminumque calore m  
Ille animo membrisque tegit . Febris vrget : in ædes  
E filia migrat patrias . collapsa recumbunt  
Membra toro . Iubet acciri , qui pectora noxis  
Expiet , & mentem Regnis cælestibus aptet .

Nun-

Nuncius exequitur dum iussa , heu ferreus vrget  
 Te, Fernande , sopor : pigrum vis nulla soporem  
 Excudit . innigilat , gemituque obmurmurat aula ;  
 Totaque tam duto Germania concita somno ,  
 Et percussa nonâ mentem formidine luget .

O Deus , o custos regni vigil Aliger ! oras  
 Princeps extremas vitæ , non fonte piatus  
 Sanguinis augusti tanget , quem dextera rorat ,  
 Æternæque Sacerdotis vox nuncia pacis ?  
 Hæc Pietas , hæc casta Fides , hæc vita meretur  
 Et cælo , & vobis , Superi , deuota ? Pudendâ  
 Labe caret . leuiores tamen contagia culpæ ,  
 Pulueris & iactum sceleris sæpè attrahit humor  
 Primæui , quem flamma rogi Purgantis adurat ,  
 Donec longa dies pœnarumque orbita cunctas  
 Eximat ex animis maculas , puerosque relinquat .

Nil Fidei valere faces ; nil bellicus æstus ;  
 Nil iurata Deo Pietas ; nil ardor honestus ,  
 Quo Patriam , Patremque colit ? non exedit ignis  
 Hic labes si fortè leues ; flagret igne cruoris  
 Christe tui , facibusque bonis , age , discute somnum .

Hæc inter , Ducis antè torum , clamore vocatus ,  
 Cum lacrymis aderat , luctu comitante , Sacerdos .  
 Sæpè vocat , dextrâque trahit . ligat omnia somnus  
 Membra : sed hæc soluit libertas aurea Mundi ,  
 Virgô Parens . Quæ Laureti vigilauerat arâ ,  
 Cerea Fax somnum , Lemuresque fugauit inertes ,  
 Hæresis atque dolos . Mystæ mens incidit , ignem  
 Vt faculæ admoueat , quæ Virginis icona quondam  
 Luce coronarat Laureti ; extinctaque , rursus  
 Seruabat flammis alimenta salubribus . Illa  
 Vt recipit redditque diem , cum luce decorâ

*Populi Ger-*  
*manici vox*  
*indolentis Re-*  
*gem mori con-*  
*fessione non*  
*expiatum .*

*Cereæ faculæ*  
*partem , quæ*  
*ante Laureti*  
*ne Virginis*  
*simulacrum*  
*exarserat Lau-*  
*reti , Sacerdos*  
*iterum accen-*  
*dit : sopiti Re-*  
*gis dextera*  
*inserit . Euigi-*  
*lat ille , pecca-*  
*ta confitetur*  
*generaliter , et*  
*piè , hilariter ,*  
*sanctèque mo-*  
*ritur . Hist.*

Gaudia sparguntur . Stupet aula vndantia circum  
 Flumina lætitiæ : Barathrum, Mors, Hæresis horret .  
 Oscula dat, tollitque manu sacra dona Sacerdos ;  
 Inserit in Regis dextram . mirabile dictu .  
 Insolitis tremuit Germania motibus : imis  
 Tota vacillauit latebris humus : atria , montes ,  
 Tectaque nutarunt , & fundamenta domorum .  
 Scilicet armipotens in fulmen Virgo , niualem  
 Verterat ipsa facem , quam Ferdinandus in ipsum  
 Hæreseos caput excussit , moriensque peremit  
 Vertice serpentes stabulantes . Funere victor  
 Haud aliter Samson sua damna, sepulchra, necemq;  
 Seque Philisthæâ super in ceruice locauit .  
 Namque vbi corripuit tædam , Rex pressa leuaui  
 Lumina : deseruit sopor irreuocabilis artus :  
 Risit, & hoc ritu genuit Mors : Hæresis umbras ,  
 Triste fremens, moribunda , ferox, ictuque vibrato  
 Saucia quæsiuit , numquam sananda . cauernæ ,  
 Dum fugeret , pauido se laxauere fragore .  
 Ille fugam sequitur dictis moriturus amaris .  
 Altra patent face, Virgo, tuâ ; tibi Tartara, mortis  
 Hæresis æternæ genitrix & filia . perge :  
 En morior , moriensque sequor te fulmine : cælo  
 Perdere te pergam facibus . Fax Virginis ardet ;  
 Semper & ardebit. vigil est hic Ætheris ignis ,  
 Imperijque mei . Vestalem extinguite flammam :  
 Hanc Regni seruatricem nutrite , Quirites :  
 Hac iterum flamma festas accendite flammâs .  
 Nunc me, nunc Regem geminatâ montibus echo  
 Dicite . regnabo . flamma hæc est nuncia Regni,  
 Sed melioris : erit mihi regia Virgo corona .  
 Nunc Aquilas, Mundique globos fabricate: volabo,



Atque globum pede telluris calcabo, perusta est,  
 Et cadit in cineres euanida gloria; viuit  
 Gloria, quæ Christi parta est in sanguine Regis.  
 Hanc non mortales nitrato è puluere flammæ,  
 Sidera sed celebrant. Moriamur, Virgo tenebras;  
 Et mortis luctus illuminat. hac face clarus  
 En iter ingredior. Ceram hanc, Leopolde, pudicam,  
 Ardentemque secuturi sume omen honoris.  
 Corde manumque faces cape Virginis: excipe amorè,  
 Atque tuere manu. dixit, rursusque beato  
 Lumina composuit somno; Regnoque potitus  
 Æthereo, Austriacis Heroibus additus, altâ  
 Hæreticos ex arce domat, folioque tenet se.

Sæpè latet, rursusque patet ceu Cynthia nocte,  
 Nubila dum cogunt pluuias; ita signa futuræ  
 Pacis erunt. Lætum variabit pallida vultum,  
 Ceu dubitans Fortuna, rotam quo turbine vertat.

Sentiet Auroram vicinæ Asia vltima pacis,  
 Atque effusa super murum, qui meta furori est,  
 Hostiles acies, cælo defensa, fugabit.  
 Crux canibus vallum Scythicis opponet, & arces  
 Ariete non vlllo quassandas. Ibit in hostes,  
 Atque retentabit noua prælia Constantinus,  
 Victor in hoc signo. Lustralis lymphula fontis,  
 Quæ frontem tinxit, cum fœnore, sanguinis æquor  
 Hostibus è victis poscet. Pègrina migrabit  
 Ad Sinas Romana Fides, atque inelyta Roma  
 Cum Labaris; Helenamq; suam venerabitur Indus,  
 Damasio quæ monte Crucem Imperiumq; locabit;  
 Ne Sinis desit Caluaria, culmen honorum.  
 In delubra Deum, flammæ torquebit Amazon;  
 Sparget & in cineres idola carentia luce,

Dum

*Aliud vicinæ  
 Pacis signum  
 Sacerdos è  
 Soc. cum nobi  
 li adolescente  
 Romam mis-  
 sus à Regina  
 Sinarum.*

*Sinarum Imp-  
 de hostibus  
 primum vsq;  
 stur.*

*Reginæ Sina-  
 rum Helenæ  
 nomen indiit  
 est in baptis-  
 mate, regio  
 vero infans,  
 Constantini,  
 His.*

Dum Fidei stellata focus incendia ducet .  
 Tunc Romæ ad solium Sinarum in veste Sacerdos  
 Adueniet; referetque Fidem pubescere fructu,  
 Plusquam centeno , Regesque ad iussa venire  
 Pontificis , pedibusque procul submittere frontem,  
 Quam super Europam tollunt Asiamque , potentes  
 Gentibus , Imperijs , opibusque , & robore belli.  
 Hunc ubi Lauretana Domus , sociumque videbit  
 Maturum factis iuuenem tellure profectos  
 Orbis ab extrema : Mea pergite fidera , dicit :  
 Roma vocat ; Sol vnde micat , qui lumine Regnis  
 Candidus Auroram vestris præmisit , & ortum  
 Perpetuæ lucis : facili vos tramite sistam .  
 Solis ego Domus æterni . spe vincite curas ,  
 Qui pelagi vicistis aquas , & mille vorastis  
 Aëris & terræ discrimina . dilecite , vbique  
 Augeri tolerando Fidem . Patientia tantum  
 Atque labor , Fidei diuina negotia tractat .  
 Ibitis ad Sinas , portumque intrabitis , aucti  
 Mercibus innumeris , queis Roma Vicaria cæli  
 Diuos , atque homines , & cælum prodiga ditat .  
 Ibitis . in Sinis Sinas quæretis . Olympus ,  
 Dum mouet astra , mouet quoque regna : & sæpè cadu-  
 Imperia Imperijs , vel Regna perennia saltem ( cis  
 Ætheris imponit . Superùm ditione beatâ  
 Terræ iacturam compensat . ab arbore ramus  
 Vellitur , vt crescat meliori sænore pomum .  
 Arcibus heu victis , in cæca recedite , Seres ,  
 Antra : Scythæ volitant face , ferro , sanguine , cæde ,  
 Fluminis in morem . Sinarum regna fuistis :  
 Hostis habet muros . eritis vos rursus : & vnâ  
 Et Scythici & Sinæ Fidei iuga celsa subibunt .

*Laur. Domū  
 inuisent .*

*Sinarum Re-  
 gnum penè to-  
 tam a Scythijs  
 occupatum .*

Hæc rerum series, seclisque hic ordo futuris  
Vertitur, Aligeri; donec Pax aurea regnet.

Sentiat interea nostras Discordia vires,  
Pellere quæ terris nos destinat omnibus. ite:  
Diffimulasse sat est, timidam vincite catenis,  
O Superi, pedibusque meis aduoluite monstrum,  
Lucus erat, Solis radijs crescentibus umbras  
Opponens, & valle premens nigrante paludes.  
Non hic suspirat Zephyrus; non feruet ab Austro;  
Hument non rore madet; sed in arbuta crassas  
Oblinatus aquas sine Sole, Notoque volutat.  
Nulla grauant ramos felicia poma; nec audet,  
Dum folijs incumbit auis, canere otia siluæ:  
Sed subitò capit inde fugam. Latet aspera luo,  
Et magno in pelagus rupes discedit hiatu.  
Hic instructa suas fabricat Discordia fraudes,  
Atque animum tacitè partes obuersat in omnes,  
Picenis excludat agris vt Virginis Ædes.  
Et tunc fortè videns primos feliciter ausus  
Fraternis cessisse odijs, Cellamque migrare;  
Gestit; at immixtâ secum formidine mussat.  
Cur lento fugit illa gradu? cur torpet in aruo  
Lauretæ suspensa diù? quid? fortè ruinis  
Expectat nostris fundari? quis timor intus  
Corda fodit præfaga mali? Dum talia secum;  
Irrupit Michael, flammis armatus, in antrum;  
Inuehiturque simul pubes, septumque tenebris  
Detexit splendore locum. Discordia faxis  
Dat sonitum occultis, atque atro vortice fumi  
Tecta fugit, qua prona mari spelunca recumbit,  
Iam pede præcipiti tremefactas presserat vndas  
Rupe fugax. Tunc Oceanus, atque omnia circum

Lic

*Pax iubet li-  
gatam Discor-  
diam ad se ad-  
duci.*

*Lucus, & an-  
trum, in quo  
latebat Di-  
scordia.*

*S. Michael lu-  
ce armatus ir-  
rumpit in an-  
trum Discor-  
dia.*

*Discordia vi-  
so Michaele  
versus mare  
sub anpro sa-  
git.*

*A Michaële  
retrotrahitur,  
& ligatur.*

Littora cum fluijs tremuere . insueta rudentem  
 Retraxit subito Michaël, colloque catenas  
 Iniecit. Tumuit potato guttur Auerno :  
 Palescunt malæ : maculis horrentibus artus  
 insolito terrore labant, crinesque rigescunt :  
 Lumina fumiferam noctem flammata subinde  
 Fronte vomunt : rabiem suffocant frena loquacem ;  
 Ira coercetur labris ; suspiria corde ;  
 Dira venena supercilijs , & lacryma flammis,  
 Et manicis arma , & morsu fuga compedis : æstu  
 Sibilat occulto , queriturque , siletque furore  
 Protrahitur , monti quæ luminis accubat umbra,  
 E sacrâ proiecta Domo , quæ fulgurat ore  
 Pax Superûm stipata choro . Ceu noctua nictat  
 Ad Solis radios , & languida lunina voluit ;  
 Sic panet obiectâ Pacis Discordia luce ,  
 Quam de fronte iacit . Cui Paciter : Alma Virago  
 Diuini soboles cordis , cui Regna parauit  
 Regalemque Domum tot per discrimina rerum ,  
 Tolle caput, monstri vidtrix sed percute frontem  
 Calcibus : æternam sub te trahat inde ruinam.  
 Erue calcatis vitam cum sanguine venis ,  
 Quod venas hominum bellis crudelibus hausit .  
 Sic David viridi prostravit in æquore monstrum,  
 Incessitque super guttur , quod cæde tumebat.  
 Audijt illa : pedesque vibrat super ora iacentis ,  
 Et vota in Superos . Hic, dixit, Regna locabo .  
 Quam premo, quam ferio, ceruix inimica leuabit  
 Pronas in Barathrum terras . i. cornua tolle,  
 Excute Regnantum sacra è ceruice thiaras,  
 Bellua multorum capicum, prope littora vidit  
 Quam pelagi Daniel turbare tumultibus vndas ,  
 Pro-

Proque anima spirare Notum, eructare procellas.  
 Sublimi sto celsa loco; dum vertice surgo  
 Et regno Regina tuo; dum tollo triumphi  
 In cælum monumenta mei. Post verba comarum  
 Implicat in læuam Pax dira volumina monstri,  
 Et guttur pede contritum ter pulsat oliuâ,  
 Quam magis exhorret, gladio quam vulnus adauctū.  
 Ut caput irati ramo Pax ardua pressit;  
 Exilnere oculi caueis; vacuasque lacunas  
 Nubila compleverunt: putres rubigine dentes  
 Sanguine commixti, patulo eiectantur ab ore,  
 Fulmine ceu fracti scopuli, dum perfurit æquor.  
 Attritu costæ patuere; euulsaque neruis  
 Ossa pependerunt lapides ceu rupe caduci.  
 Defuit os ori: tabo rubuere colubri,  
 Qui coma sunt, sanieque liquant vnguenta capillis.  
 Sic rota quadrijugos agitans per denia currus,  
 Si quem fortè terit; sine formâ informe cadauer  
 Protinus apparet, funditque in sanguine vitam.  
 Talis in Hippolyto species, cum feruidus axis,  
 Imparibus raptatus equis, candentia rupit  
 Pectora, & immeritum turpauit spina decorem.  
 Strata super spinas Discordia triste gemebat,  
 Atque volubilibus sinuabat nexibus artus,  
 Ponderis impatiens, velut hydra molaribus iacta,  
 Sepibus obliquat longos quæ lubrica tortus.  
 Obluctata diu frenosque coërcita quassans,  
 Denique discussit. sed fundere verba parantem  
 Impressis prohibet pedibus Pax; monstraq; monstrū  
 Diuini pedis impulsu Discordia fudit.  
 Rictibus euomuit patulis nam mixta veneno  
 Classica, thraces, galeas, vexilla, pharetras,

Caput Discor-  
 dia à Pace cõ-  
 teritur.

S. Domus ad-  
 huc in aëre  
 pendebat su-  
 per sepè. sub  
 S. Domo; su-  
 perque sepem  
 erat Discordia  
 spinis, & pon-  
 dere lacerata.  
 Excuit pon-  
 dus. S. Domus,  
 & parantem  
 loqui Pax pe-  
 de cõprimis.  
 Ex ore com-  
 presso monstra  
 euomuntur, ar-  
 ma, venena.

Scuta, enses, hastas, arcus, & missile plumbum,  
 Noxiaque impuro natitantia sanguine tela.  
 Quæque meant scisso suspiria dura palato,  
 Cornua vel referunt sonitu, vel tympana Martis.  
 Quot videre nefas bellorum secula, monstrant  
 Sanguineis hoc scuta notis, vel mota, vel annis  
 Bella mouenda sequuturis. Sic sæpè videmus  
 Per portenta magos oculis imponere, & ore  
 Attrahere armatas acies, puteoque vel arcto  
 Claudere cum populo proceres. sic fascinat ira  
 Quos fera sagarum, sanie polluta veneni  
 Ferramenta pilosque vomunt, mala semina luctus.  
 Pacifer vt vidit parere hæc miracula Ditis  
 Monstrum prodigijs Furiâ de coninge foetum,  
 Ense petit iugulum, & vocis superintonat ictu.  
 Desine: sume tui nunc vltima frena furori.  
 Te super ecce loco cælestia Teëta. Sepulchri  
 Hic lapis esto tui. tali sub pondere iacta  
 Immanes artus, & regibus extruë funus.  
 Sat tibi, militibusque tuis, quos fraudibus armâs  
 Sat bello furijsque datum. Pax regnat, & Orbem  
 Virginis Æde tégit. Sed te, quæ pœna sequetur  
 Quæ Syrio Solymam vastas, & sedis anitæ  
 Cedere me folio cogis; mediasque per vrbes  
 Quæ bacchata, Ghibellinos committere Guelfis  
 Æternis audes odijs; quæ sanguine fratrum,  
 Cæde viatorum Hesperijs me pellis ab oris?  
 Lethum ne timeas hac Virginis Æde sepulta.  
 Né dubita: te vincla manent, non fata, nec vnâ  
 Te nece dignabor: viues moritura: Caini,  
 In quo prima tuas agitasti, perfida, tædas,  
 Exemplum viuentis eris: latrare licebit,

*Anno 876. Se  
 decias Iudæus  
 sic oculis im-  
 ponebat, arma  
 extrahens ab  
 ore, & acies  
 militum.*

*Pacis ad Di-  
 scordiam vox.*

*Paci Discor-  
 dia seruiet.*

Non

Non Italos mordere meos, non dente vorare.  
 Guttore deluso prædas captabis inanes :  
 Prælia succendes : correpta cremaberis igne  
 Attramen ipsa tuo, Petri caelestia ventis  
 Carbasa iactabis ; sed motis obruet undis  
 Te tua tempestas : quassabis turbine Romam ;  
 Pontificesque procul, salutâ sed puppe, Latinos  
 Gallica disijcies ad littora : firma procellis  
 Roma tuis stabit . Paci famulaberis armis ;  
 Et mea, quem fundes, florescet sanguine oliua .  
 Dixit ; & iniecit, collo nutante, catenas.  
 Mox feritate grauem, pubescentemque nitore  
 Terribili vultum placidâ clementior aurâ  
 Mulcet, & alloquitur Superos, Mare, Tēpora, Vētos,  
 Astra, Elementa, triumphales comitata Penates .  
 O mecum terræ, & Pelagi dimensa labores,  
 Indonata meis, acies, haud sedibus ibis .  
 Dona manent Tu Phœbe, oriens, moriesque, caducâ,  
 Erectâ mox fronte Domum introgressus Amoris,  
 Augebis flammâ formamque in funere ; & Indos,  
 Nobis occiduus, meliori luce beabis .  
 Te, Mare, dignabor quo munere, vertice prono  
 Nazareæ supplex quod sæpius affluis aræ,  
 Votaque cum lacrymis descendis in omnia, pondus  
 Ut caeleste feras ? Hæc littora lambere cæli,  
 Littoribus vicina tuis ; dare brachia muris,  
 Oscula, complexus, æqui sint præmia voti .  
 Huc iras confringe tuas : da carbasa portu,  
 Tranquillo suscepta vado, succedere nostro .  
 Hinc nautæ veri venerentur Apollinis Urbem,  
 Nauibus egressi : iaciat & anchora cordi  
 Fixa meo : positis oneraria pectora donis,

*Pax comites  
 itineris sui al  
 loquitur, & di  
 gna laboris  
 præmia repen  
 dit .*

*Premium So  
 lis nasci, &  
 mori in S. Do  
 mo .*

*Sol sub occa  
 sum per fene  
 stram ingres  
 sus, &c .*

*Oriens poste  
 riorem respi  
 cii partem, ubi  
 Ara est, &c .*

*ex Turf. l. i.  
 c. 10 .*

*Maris præ  
 mium S. Do  
 mus vicinia .*

*Ventorum pre-  
mium saluori-  
tas maior quã  
antea*

*Italia magnis  
concessa ter-  
renitatibus*

*fuit, sed adu-  
tu*

*tu S. Cella Ro-*

*nifacio VIII.*

*Pontifice tan-  
dem quicuit.*

*ex Turf. l. 1.*

*Temporum*

*præmium, ex-*

*primi à S. Do-*

*mo.*

*Stellarum pre-*

*mium S. in*

*Domum sæpè*

*descendere.*

*Visa non se-*

*met, est per no-*

*ctem subita*

*de calo effun-*

*di flamma, &c.*

*Visum, & sæ-*

*pè crebris lu-*

*minibus collu-*

*cere testum.*

*Tur. l. 1. c. 15.*

*Igneæ per no-*

*ctem velut co-*

*luna visa, etc.*

*an. 1555. ignes*

*quidam supra*

*Sacerd. con-*

*cionantè visi.*

*ex eod. l. 3.*

*c. 11.*

Impleat æternâ merx commutanda salute .

Æquato, Venti, vicino monte salubres

Virgineos afflate Lares : hinc mite per omnes

Ingenium transferte agros . ne vellite flores :

Vrite ne se getes : ne dulcia sternite poma :

Arboribus, vitisque nouis ignoscite gemmis :

Ne iactate rates : impulsibus excita vestris

Non tellus, vrbesque tremant. Hac discite ab Æde,

Quæ terris immota manet , non Regna mouere ;

Non quassare domos : sed diras flatibus iras

In Stygios diffate sinus, & parcite Regnis.

Tempora, sit vestri pretium immortalis laboris,

Quòd vultus gerat hæc vestros. Nuda, horrida fumo

Exprimit horrores Hyemis . Ver inde Pudoris

Floret in Autumni fructum : calet æstus Amoris .

Vos peregrina meæ melior pars, Sidera, pompæ,

Virginis augustos radijs lustrate Penates :

Excubias agite illustres . Decet Astra tueri ,

Flammæque hastis æterni cingere Solis

Immortale latus, patriâ regnantis in Ara .

Nunc, intempestâ placidè labentia nocte,

Splendorum largos super extima ducite fulcos

Templa : serenatis nunc atria mergite nimbis :

Nunc alto radiate tholo ; rutilisque pyropis,

Non spectata prius, diademata fingite lucis .

Occulat haud vestram Solis præsentia pompam :

In media lucete die, dotataque vultu

Virginis, auratam Solis contemnite dotem .

Dum Lauretano Mariæ præconia Templo

Præco celebrabit Verbi, cum voce fluenta ,

Eloquijque vibrans incendia sacra, repostos

Vos intrate aditus, crinemque volantiæ circum

Du-



Ducite: nam cæli vos estis, Sidera, lingua.  
 Dicite Virgineas, homini nec cedite, laudes.  
 Lux erit eloquium, vis flamma, silentia sermo.  
 Sidera sic laudant: decet hæc facundia Numen,  
 Numinis & Matrem. Sed, cum Natalis ad aras  
 Illius adueniet; festis tunc Limina flammis,  
 Et totam redimite Domum; consumptaque vestro  
 Lumine nox, læto stellarum terueat æstu.  
 Vos natalitiæ nocturna in gaudia lucis,  
 Sed peritura breui, flammam accendite, Reges,  
 Quos perimat nox vna: globos euoluite, & angues  
 In cælum ignitos, colubrisque volucris alas  
 Addite arundineas: lassâ sed fronte, ruinam  
 Cum penna pompaque ferent, fastusque caducos  
 Præpere signabunt casu. Vos, Sidera, Sedem  
 Virginis æternam, & semper viuacia Pupæ  
 Gaudia nascentis stabili decorabitis igne.  
 Quod superest, mecum, Superi, bis mille, quietos  
 Hic agitate dies: Michaël, tu cætera cælo  
 Agmina redde. Subinde tamen desceat pennas;  
 Notraque dum redeunt terris Solemnia, plenis  
 In Cellam properate choris, populumque frequentē  
 Diuinis donate opibus. Sit amabile Limen  
 Terribilis lapis, & scælæ suppositus Olympi.  
 Hunc terite, Aligeri: descendite, & Æthera rursus  
 Incessu faciles ascendite. Vidit Iacob  
 Hos olim feruere gradus examine Dinum,  
 Gressibus & multis terras intexere Cælo.  
 Nunc agite; immotoque solo deponite pondus.  
 Dixerat. Ecce iterum, cæli de parte serenâ  
 Dum tonat; ingeminat pubes dum candida cantus;  
 Sidera dum plaudunt; Tellus dum ridet; Auernus

*Sidera con-*  
*cionantur.*

*Solitarius na-*  
*tali B. Virgi-*  
*nis die nota-*  
*uit sepius cæ-*  
*lestem flammam*  
*longè lateque*  
*diffusam in-*  
*star ingenis*  
*cometa, que*  
*B. V. Cella in*  
*cumberet. Te-*  
*net fama spe-*  
*ctaculum hoc*  
*ad Pauli III*  
*tempora per-*  
*durasse. Tur.*  
*l. 1. c. 17.*  
*Mortalium*  
*Principum*  
*natalem diem*  
*turbo igneus,*  
*& caducus,*  
*Virginis verò*  
*immortalis*  
*stabili luce*  
*stella celebrat*  
*Vidit in som-*  
*nis scælâ, &c.*  
*Gen. 28.*

*Inter Cali  
Terraque  
plausus in eo  
loco, ubi nunc  
visitur, S. Cel-  
la confedit.*

Dum fremit horrifonis vlulatibus ; Itala gemit  
Confcia dum facti Regio ; dum Tempora, Venti,  
Sol, Mare, Roma, Virago Parès, Deus, omnia gaudet ;  
Virginis Hospitium Domus, & cortina falutis,  
Non fundata, fed Italiae fundamen honoris,  
Orbis apex, & praesidium, Charitumque tribunal,  
Iuftitiae folium, tranquillae Regia Pacis,  
Aligerum dorfo placide demiffa curuli,  
Preffit humum, ftabilique iugo defixa quieuit.

LAVS DEO.



# INDEX.

## A

**A** Bimelech. pagina 120.  
*Acilius.* 130.  
*Adami culpa.* 9. 284.  
*Ademarus Episc.* 123.  
*A dificiūm admirandum S. Domui simile.* 417.  
*Agnes cum prole fugiens & desperans.* 225.  
*Alexander Farnes. victor Turcarum.* 258.  
*Alexander Episc. Tersact.* 379.  
*Alexandri Magni corona.* 275.  
*Alexander VII.* 510.  
*B. Alexandra.* 601.  
*S. Alexius.* 67.  
*B. Aloysius Gonzaga.* 375.  
*Ambitio.* 113. 441.  
*Amethystus.* 605.  
*Amor Mortis vice functus.* 73. 88. 89. predator. 268. 69. 76. venator. 195. 249. faber 268. aquis incubans. 371. pictor. 215.  
*SS. Andronici & Athanasii gesta.* 85. 88. & 5.  
*Angelus cali motor.* 278. custos Paradisi. 387.  
*Angeli 17. illorum dissidium*

*innocuum.* 216.  
*Anicetus Pont.* 46.  
*Annibal.* 265.  
*Arabes.* 65.  
*Asia.* 37.  
*Asmodeus.* 301.  
*Audacia plurimorum a S. Domino punita.* 230. & s.

## B

*Baltassar.* 599.  
*Barbaricus.* 251.  
*Bellarminus.* 505.  
*Bennus.* 454.  
*S. Bernardus.* 588.  
*S. Birgitta.* 70.  
*Bonifacius VIII.* 518.  
*B. Borgia.* 319.

## C

*Cesaris infantulus habitu Cupidinis pictus.* 559.  
*Calidnus flumen.* 136.  
*Calinoskus.* 579.  
*Capitolium.* 494.  
*Cardinalis Antonius Barberus.* 670.  
*Card. Dretestainius.* 577.  
*Carualius.* 334.  
*Casimirus Rex Polon.* 306. 578.

I N D E X

*S. Cataldus* 46. *miracula.* 47.  
*S. Catharina Sen.* 627. & f.  
*Cedrus versain statuã B.V.* 214  
*Cerinthus.* 49.  
*Christus.* 2. 81. *supra mare.* 374.  
*eius vitæ & mysteria.* 12. 14. 22  
 60. 81. *victor Discordiæ.* 426  
*S. Clemens.* 373.  
*Clemens III.* 132.  
*Conipolskus.* 582  
*S. Constantius.* 594.  
*Constantinus Cõstantin. Imp.* 642  
*Constantinus M.* 50. 57. 433.  
*Constantinopolis excidium. lib.*  
 27.  
*Contemptus Mundi.* 87. & f.  
*Corcutus.* 584.  
*Cynegirus.* 130.  
*Cyprus.* 76.  
*Cyrus.* 138.  
*Crux.* 53. 98. 99. 103. 106.  
 118. 129. 135. 151.

D

*Dæmones.* 377.  
*Daniel.* 109.  
*David.* 153. 295. 304. 409.  
*Debora.* 30. 81.  
*Dedicatio S. Domus* 24.  
*Deliciarum insectatio.* 104.  
*Desiderium celestis patriæ.* 20.  
*Deus.* 198. 218. & c. *nascens*  
 280. *homo.* 296. *Deo cuncta*  
*seruiunt.* 493. *cooperari Deo.*

629.

*Diluuium.* 5.  
*Domus Laur.* 1. 5. 6. 11. 14. 21.  
 30. 53. 56. 80. 217. 202. 226  
 227. 223. 231. 233. 237.  
 282. *iter triumphale.* 286. &  
 f. 291. 305. 409. 603.  
*Dona Lauretum missa.* 568.  
*Draco.* 448.  
*Duces in bello nauali.* 250.

E

*Elias.* 72. 605.  
*Elisabetha Regina Angliæ.* 570.  
*Eucharistia.* 22. 23. 84.  
*Europa.* 37.  
*Examen conscientiæ.* 81.  
*Exemplum malum.* 10.  
*Ezechielis later.* 121. 564.

F

*Faustus Eremita.* 166.  
*Femine incredulæ pœna.* 421.  
*Ferd. Columbus.* 375.  
*Ferd. Medicus.* 360.  
*Ferd. IV. Roman. Rex.* 574.  
*Fidei Regia.* 604. & f.  
*Fons mirus.* 161. & f.  
*Fortuna.* 253.  
*Fratrum pro S. Domo singula-*  
*re certamen.* 539. & f.  
*S. Franc. Xauerius.* 320. 329.  
 & c. 338. & c. 345.  
*Fridericus I. Imp.* 113. 132. etc.  
*Fulmen.* 187.

I N D E X

G

- Gedeonis panis.* 569.  
*Gioiose Princ. donum.* 570.  
*Godefridus.* 119. 121.  
*Gracorum hæresis.* 642.  
*Gregorius VII.* 470.  
*Guelphi, & Ghibell.* 440. & f.  
*Gulielmus Bavarie Dux.* 575.

H

- Hebraei.* 109. & f.  
*S. Helena.* 50. & f.  
*Henricus mi.* 440. & c. 473.  
*Henricus III.* 436. 471. 473.  
*Heraclius.* 65.  
*S. Hieronymus.* 84.  
*Hierosolyma.* 2. 198. sæpè capta.  
 65. 122. 125.  
*Hippolyti Sacerd. pietas.* 129.  
*Hungari militis cum Turcu cõ-*  
*flictus in turris apice.* 657.  
*Hunniadis Ducis triumphale*  
*funus.* 664.

I

- Ieremias.* 564.  
*Iesús puer matri subditus.* 317.  
*S. Ignatius Lo.* 319.  
*Imago B. V. à Quercu.* 502. à  
*Populo.* 502. à *Consolatio-*  
*ne.* 503.  
*Invidentia.* 109.  
*Io: Austriacus.* 264.  
*Io: Baptista Mastrillus solus*  
*multorum victor.* 252.

- Ionas.* 273.  
*Jordanis.* 35.  
*S. Ioseph victor mortis.* 301.  
*Iosue.* 410.  
*Ira Dei.* 44. 184. 189.  
*Isaias.* 564.  
*Italia.* 80. *Itali.* 226.  
*Iter varium Laur. Domus.*  
 550. 586. & f.  
*Iudicium extremum.* 81.  
*Indittha.* 153. 176. L  
*Labor.* 85.  
*Leontari & filiorum in pudore*  
*tuendo constantia.* 632. & f.  
*Licinus.* 64.  
*Luca.* 475.  
*S. Ludonicus victus & victor*  
 114. 137. 151. 148. 220.  
*Luna Turcarum.* 236.  
*Lycide visio.* 143.

M

- Mahometes naufragus.* 290.  
*Mahometes alius sui euersor*  
*exercitus ex errore.* 660.  
*S. Marcellinus.* 593.  
*Marcellus Mastrillus.* 335.  
*Marcellus Ceruinus.* 504.  
*Marci Ant. Columna.* 242.  
*S. Maria Ægyptiaca.* 96.  
*S. Maria Magdalena.* 226.  
*Maria Soror Aaronis.* 49. 150.  
*Marie Lau. miracula.* 267. 291  
*Maria Virg.* 14. 18. 213. 224.

I N D E X

267.281.465. epistolæ. 19. Orion. 98.  
 aspectus. 20. mors 20. &c. Orpheus. 180.  
 fuga 13. 72. vitæ mysteria. Otium. 8.  
 54. &c. 309. 315.

Martis statua mira. 475. 478.  
 Martyres. 48. 54.  
 Mater à lupo lacerata. 193.  
 Maxentius. 63.  
 Mediolanum. 453.  
 S. Melana. 71.  
 Meleserafa dux Turcar. 161.  
 Messana. 420.  
 Methildes. 473.  
 Monciskus. 582  
 Monialium plè forma deforma-  
 ta. 172.  
 Morsenus vates. 642.  
 Moses. 118. 177. 605.  
 Mundi partes. 36.

N

Navale bellum sub Pio V. 241.  
 Naufragium Christianor. 180.  
 Navis Eccl. 46. 48.  
 Nazareth. 1124.  
 Neruccius architectus diuinitus  
 exanimatus. 567.  
 S. Nicolaus Myr. 51. eius iter  
 & miracula. 51.  
 Nicolaus ult. Patriar. Ptolem.  
 180.  
 D. Nicolai Tolent. brachia. 599.

O

Opobalsamum. 31.

P

Parentis amor in filium. 275.  
 D. Paula, & eius vita 74.  
 Paulus Michi. 334.  
 Paupertas tuta. 278. 92. 585.  
 Pellicanus. 154.  
 Persæ. 65.  
 Petrus Barbus. 501. & s.  
 Petrus Eremita. 113.  
 Phœnix. 103.  
 SS. Piceni. 592. &c. confluunt  
 ad septempeda montes. 595.  
 Picenorum dona. 569.  
 Pius V. 221. 248. 507.  
 Pius II. 507.  
 Plato. 588.  
 Pontifex summus. 568.  
 Ptolemaidis excidij signa, & op-  
 pugnatio. 170.  
 Pudor monialibus apparens.  
 174.  
 Pueri post baptismum visa sunt  
 Et 589.  
 SS. Pueri. 589. canunt. 590.  
 Puerorum bellum. 137. & c. pe-  
 lae disperguntur 590.  
 Reginae quæ pro Fide regna  
 deseruerunt. 605. & 5.  
 Remora. 138.  
 Roma triumphans. 275. ab Hæ

I N D E X

*rico III. oppressa. 467. à Roberto liberata. 471.*

S

*Sacerdos Crucis defensor. 129.*

*Sacerdos manu torferens. 314.*

*Sacramenta. 9. Sacrum. 38.*

*Saladinus. 125. 129.*

*Saladinus alter. 133.*

*Salomonis lectus. 72.*

*Samuel. 249.*

*Sampson. 173.*

*SS. ad S. Domũ peregrinatio 67*

*Sapientia. 8.*

*Scelerum vituperatio. 97.*

*Sclaus Templi defensor. 640.*

*Sculpturæ laus. 567.*

*Selimus. 291.*

*Septempedæ in monte sedet B.*

*V. 595.*

*S. Sepulchrum. 66. 221.*

*Servantius se incendens & nauim. 251.*

*Sidera. 110.*

*Sine. 681.*

*Sol in occasu. 7. in ortu. 7. 110.*

*Somnus Sanctorum. 418.*

*Sophonisba vulnerata & à B.*

*V. sanata. 309.*

*Spelunca Bethlehem. 78.*

*Spiritus S. 5. 6. 83. in Apost.*

*illapsus. 84.*

*Statua Danielis. 472.*

*S. Stephani cineres. 30.*

*Superbia. 106.*

*Supplicatio Romæ V. Laur. 463*

*Syllogismus. 8.*

T

*Tatius. 469.*

*Tempora 300. varietas. 284.*

*Terror panicus. 98. 291.*

*Tersactum. 376.*

*Titus Imp. 44.*

*Triptolemus. 448.*

V

*Venetorum dona. 569.*

*Venus. 176.*

*Venustas Christiana. 600.*

*Vindicta Dei. 43.*

*Virgo naufraga. 181.*

*Vota religiosa. 9.*

*Vrbani II. somnium. 117.*

*Vrbanus III. 132.*

E L O G I A .

*Barbarici. 251. Ducis Venet.*

*Card. Antonij Barberini. 670.*

*Card. Francisci Barberini.*

*670.*

*Card. Roberti Bellarmini. 505.*

*Casimiri Regis Polon. 306.*

*578.*

*Card. 10: Bapt. Pallotti. 463. &c.*

*X x 4 Cbri-*

I N D E X

- Christina Regina Suecia.* 631. *D. Paula.* 73.  
*Christi vulnerum.* 347. *Piceni.* 560.  
*Concordia.* 542. *Pont. Alexandri VII.* 510.  
*Contemplationis.* 459. *Corradi.* *Pont. Calessini.* 486. 6. 496.  
*Franciscani.* 179. *Pont. Gregorij VII.* 437. 456.  
*Domus Laur.* 370. & c. 382. & *Pontificis Iulij II.* 237.  
 5. 384. & c. 385. 392. 462. *Pont. Marcelli Ceruini.* 504.  
 500. 520. 521. 522. etc. 535 *Pij II.* 506.  
*Ferdinandi II. Imp.* 405. *Pij V.* 247. & c.  
*Ferdinandi III. Imp.* 406. *Sixti V.* 509.  
*Ferdinandi IV. Regis Rom.* 674 *Puerorum militum.* 147.  
*Florum variorum.* 534. 537. *Roma.* 468.  
*S. Hieronymi.* 83. *Sacerdotalis manus.* 313. & c.  
*Hispanorum.* 241. *Senae.* 475.  
*Hunniadis Ducis.* 647. *Seranzij Ducis.* 251.  
*Ioannis Austriaci.* 243. *Solitudinis.* 499.  
*Io: Bapt. Mastrilli.* 252. *Venetorum.* 236.  
*Ioannis Capistrani.* 647. *Virtutis.* 504.  
*S. Ioseph.* 310. *Vrsinorum.* 243.  
*Luca.* 475. *In aulam & aulicor.* 518.  
*S. Ludouici IX.* 149. *In bella.* 400.  
*Ludouici XIV. Regis Gallie.* *In Caluinum.* 404.  
 158. 572. *In Guibertum.* 451.  
*Lusitanorum.* 242. *In Henricum III.* 438. 469.  
*Marcelli Mastrilli.* 252. 473.  
*Marci Antony Columnæ.* 242. *In Henricum minorem.* 440.  
*B. Mariae V.* 19. 384. 464. 502. *In Lutherum.* 404. & c.  
*B. Mariae à Quercu.* 502. *In Reges otiosos.* 641.



I N D E X

D E S C R I P T I O N E S .

A

*Adolescentis honesti.* pag. 652.

*Aegyptantis grauitate.* 149. 511.

*Affectuum variarum.* 357.

386. 514. 635. in fratre iræ

& amoris præsertim . 542.

*Africa, Asia, & America.* 205.

*Agni celestis in Throno seden-*

*tis.* 345.

*Alba situs.* 649.

*Ambitionis.* 491.

*Amoris diuini.* 32. 355. & s.

*Virginis in sinu.* 300. super

*aquas in exordio Mundi.* 371

*Amoris intrepidi.* 219. & s. in

*speciem militis.* 388 cum Ti-

*more certantis.* 389.

*Angeli cali motoris & effectuum*

*ipsius virgæ.* 278.

*Angeli quatuor anni tempora*

*regentis.* 281.

*Angelorum.* 16. 24. & c. 210.

228. apud quos elemento-

*rum est cura.* 209. Laur.

*Domum ferentium.* 411.

*choreas agentium.* 411. ca-

*nentium.* 412. timentium.

412.

*Anguis qui Euam decepit.* 441.

*animæ exultantis.* 16.

*Anni secularis.* 518.

*Aræ diuinitus fabricata.* 34.

*eius vestis.* 37. in speciem

*navis.* 322.

*Arboris vitæ.* 31. scientiæ .

32.

*Aræ intrantis in Iordanem .*

35.

*Arq.* 434.

*Artium liberalium.* 7.

*Astrorum multiplicatorum .*

280.

*Auaritiæ .* 530. eius habitus .

531.

*Aule & eius malorum.* 492.

*Auridamna inferentis .* 433.

*ubique insidiantis.* 538.

*Aurora surgentis e Domo Laur.*

385.

B

*Balena.* 145

*Belgæ ab obtingentis B. V. ope*

*liberati.* 577.

*Bellandi libidinis.* 429.

*Bellantis ut se defendat .* 643.

*Belli.* 308. quod precibus fit .

229. compressi . 240. Ludi-

*cri.* 397. *Sacri.* 403.

*Belli Guelphici.* 450. 452. vr-

*bium ubi arsit.* 475.

*Bel-*

I N D E X

- Belli naualis.* 241. 246. *initi.* centis. 426.  
 250. *in mari feruentis.* 260. *Cœnaculi.* 358.  
*Turcar. in eo cadentiũ.* 261. *Columbæ ab Aquila diuexata.*  
*Bellorum variorum* 667. 181.  
 C *Conciliorum Oecumenicorum.*  
*Cacodæmonum.* 361. 435.  
*Cadaveris.* 628. *venusti.* 306. *Concurfus populi.* 504. 611.  
*Cædis.* 124. 179. *Confliktus.* 481.  
*Cæli Tellurem amantis.* 414. *Consuetudinis mala.* 141.  
*Caini omnia timentis.* 427. *Crateris pueri. Iesu.* 211.  
*Calamitatis Hebræorum.* 112. *Cuniuli incendiarij.* 631.  
*Calculo laborantis.* 513. & 5.  
 D  
*Caluini.* 404. *Dauidis caput Golie manu præ-*  
*Carni in Domo Laur.* 393. *ferentis.* 565.  
*Campi vastati.* 456. *Dedicationis Templi.* 25.  
*Cantus.* 466. 488. 603. 30.  
*Canum certantium.* 644. *Dei corporati & Angeli myst.*  
*Chorea piscium.* 146. *nunciantis.* 299.  
*Christi Dei, & hominis.* 12. *Demissionis animi.* 491.  
*Christi misteriorum.* 17. 303. *Desperati.* 663.  
*& s. Sacerdotis in matris u-* *Discordie.* 424. *ordinis &*  
*tero.* 22. *Sacerdotis ut descri-* *progressus bellorum quæ mo-*  
*bitur ab Ezech. in utero B.* *uit.* 431. *eiusdem & eius*  
*V.* 296. 298. *Luciferum ex* *uestium & affectuum.* 526.  
*utero Virginis uincentis.* *eius funeris.* 669.  
 297. *ut venatoris.* 297. *in* *Dissensionis, seu factionum va-*  
*se contraria mirè uincentis.* *riarum* 470.  
 298. *& s. infantis in spelun-* *Diuitiarum contemptus.*  
*ca Bethlehem.* 139. *domum* *673.*  
*ueruentis.* 138. *& s. cruciati.* *Dolentis.* 482.  
 215. *eius vulnerum.* 347. *Doli.* 430.  
*patientis.* 406. *Discor-* *Domus Fidei & in ea simu-*  
*diam & Mortem morte vin-* *lacrorum.* 604. *belli &*  
 Di-

# I N D E X

- Discordiæ.* 424.  
*Domus Laur.* 5. 224. 227. 228. 230. 270. 290. 297. 362. 382. 383. 409. *eiusdem* per partes. 393. *eius lapidum.* 234. *in speciem nauis.* 266. *in speciem aræ.* 292. *ut humanarum affectionum vittricis.* 293. *confertæ delicijs.* 294. *ut Mundi simulacri.* 294. *in speciem variæ scenæ.* 297. *in speciem domus medicinæ.* 301. *fornacis.* 315. *rubi.* 351. *maris.* 372. *cali.* 612. *loci ubi ultimo quieuit.* 587.  
*Dubitantis de sua fide.* 616.
- E
- Ecclesiastici viri.* 515. *graduum Ecclesiasticorum.* 516.  
*Elementorum quatuor.* 201.  
*Eloquentiæ multiplicis.* 506.  
*S. Emygdij sectum caput manu ferentis.* 594.  
*Encyclopædiæ.* 614.  
*Energumeni.* 377. 479.  
*Epistolarum & sermonum B. V.* 19.  
*Equi.* 256. 630.  
*Eremitæ.* 164. 420.  
*Eunuchi Arrianismum propa-*
- gantis.* 434.  
*Excommunicationis seu anathematis.* 239. 451.  
*Exempli mali.* 10.  
*Exercitus.* 53. 238. & 5. *ordinari.* 53. *urbem inuadentis.* 469. *horrentis.* & *confusi.* 662. 520. 66.  
*Exultantis.* 520.
- F
- Fabricæ miræ.* 417.  
*Famæ.* 386.  
*Febri laborantis.* 379.  
*Femine gemina cum prole fugientis in media flâma.* 154.  
*Femine cum lupo luctantis, ut natos defendat.* 192. *à lupo laceratæ.* 193.  
*Femine à vulnere sanatæ.* 312.  
*Ferarum certantium.* 198.  
*Feritatis.* 239.  
*Fidei.* 20. 355. *eius habitus.* 608. *in Christina triumphantis.* 620. 623.  
*Flagellationis.* 635.  
*Flagellorum Ægypti.* 652.  
*Florum semper virentium.* 532. 534. *variorum.* 536. *eorum in spicula metamorphoseos.* 538.  
*Fluminum.* 203.  
*Fœderis Christianorum in Turcas.* 606.

I N D E X

- Fontis naz. & eius effectuum. 162.  
 Funeris triumphalis. 664.  
 Furentis. 310. 443. 445. 684.
- H
- Habitus humilis & maiestate pleni. 500.  
 Habitus Pontificij. 512.  
 Haresum & hereticorum. 49.  
 Hereticorum multorum. 435.  
 Henrici III. & filiorum sceleratorum. 436. & seq.  
 eius funeris. 474.  
 D. Hieronymi in spelunca Bethlehem. 83.  
 Hierosolymæ eversa. 44. & s.  
 Honoris intimi. 651.  
 Hostis. 629.  
 Horroris. 415.  
 Horti caelestis. 31. pulcherrimi. 455. ambulantis. 456. in mari. 370.
- I
- Ignium artificiatorum. 675. & s.  
 Ignorantiae in Sacerdote. 33.  
 Incendij. 508. naualis. 661.  
 Incendium extinguentis. 616.  
 Inuidiae sub Angeli veste. 538.  
 Iordanis. 204. & s. aperti. 35.  
 S. Iosephi cum morte pugnantis. & eadem superantis. 301. morientis. 302. & s. 305.
- Ira Dei. 183. ira inextincta. 401.  
 Irruptionis. 631.  
 Iudicium vniuersale precedentium. 552. & s.  
 Iustitiae diuinae. 98. 231.
- L
- Leonis. 72. 85. 581. 254.  
 Linguarum ignearum. 38.  
 Litaniarum B. V. 56. & s.  
 Loci insalubris. 587. 683.  
 Locorum variorum. 496.  
 Luciferi furentis. 361. & s.  
 Lucis. 625.  
 Ludi follis. 477.  
 Luminis naturae. 613.  
 Luporum. 231. & s.
- M
- Machine post igneum turbinem emicantis. 40. referentis Laur. Domum. 466.  
 Malaciae. 200.  
 Malorum diuinitus depulsorum. 537. & s.  
 Maiestatis diuinae. 389.  
 Mariae Aegyptiacae in Eremo. 108.  
 Mariae Virg. 311. & s. 353. 380. amantis Deum. 39. vita totius. 59. & s. pulchritudinis. 115. mysteriorum. 315. & s. ad filij dexteram sedentis. 24.

I N D E X

- Maris exultantis*. 263. & s.  
*turbati mox tranquilli*. 276.  
*turbati*. 291. 374. *æstuantis*.  
 376. *tranquilli*. 377. *fluxus*  
 & *refluxus*. 399.  
*Martyrum*, & *Martyriorum*.  
 48. 402. & s. *multorum e*  
*Soc. qui in odium Fidei in-*  
*terfecti sunt*. 334. & s.  
*Materiæ variarum meditatio-*  
*num*. 458. & s.  
*Metamorphoseos hominum in*  
*feras*. 196. & s.  
*Michæelis*. 54. *armati*. 218. *Lu-*  
*ciferum vulnerantis*. 364.  
 367.  
*Militum armatorum*. 476. *fu-*  
*rentium*. 478.  
*Minantis*. 365.  
*Miraculorum*. 278.  
*Modestie*. 104.  
*Monstri horrendi*. 685.  
*Montis ubi quatuor anni tem-*  
*pestates habitant*. 282. & s.  
*Bonæ spei multarumque adia-*  
*centium insularum, & urbium*  
 322. *Oliueti*. 358. *Caluarie*.  
 359. *loci amœni*. 377. et s.  
*Mortis*. 137. *ubique paratæ*.  
 400.  
*Mundi silentis*. 528.  
*Mundi partium quatuor matro-*  
*narum in speciem*. 202. & s.
- N  
*Naturæ & gratiæ*. 226.  
*Naufragij ignei*. 320.  
*Nauis incense*. 262. *undis obru-*  
*tæ*. 273. & s. *miræ in mari*  
*crystallino*. 346. *duarum in*  
*mari certantium*. 258. & s.  
*Nauis Epidauriæ e manibus pi-*  
*ratarum miraculo ereptæ*. 569.  
*Nauiculæ Ecclesiæ*. 453.  
*Necis ac vitæ*, & *doni Ducis*  
*Pernonij*. 571.  
*Neronis*. 432.  
*Noctis serenæ*. 384.
- O  
*Obsidionis*. 153. 170. 468.  
*Obcecati*. 271.  
*Oppugnationis*. 630.
- P  
*Pacis*. 4. 6. & s. 10. & s. 356.  
 & s. 360.  
*Pacis effectuum*. 669.  
*Paciferi*. 2. *Orbem pacantis*. 3.  
*Patientiæ*. 160.  
*Peccati Adami*. 9. & s.  
*Pestis*. 10. 269.  
*Petræ sacratæ*. 28. & s.  
*Philosophiæ, & Philosophicarum*  
*quæstionum*. 8.  
*Picturæ Templi Laur*. 562.  
*Pietatis Christianæ*. 152. 185.  
*generosæ*. 221.  
*Planetarum septem*. 286. & s.
- Plau-

# I N D E X

- Plausus.* 368. in creatione Pontificis. 487.  
*Pœnitentis.* 157. 234.  
*Pœsis.* 7.  
*Politica Christiana.* 516.  
*SS Pontificum.* 512.  
*Populorum variorum.* 242. 408  
 & s. 510. se Fidei subdennium. 460.  
*Præly.* 581. & s.  
*Precum.* 244.  
*Prodigiorum variorum.* 398.  
 452 & s.  
*Pudoris.* 174.  
*Pueri generosi.* 137.  
*Pugna* 133. duos inter fratres cōtra. 544. anima affectiones, 403. fluuiialis. 655. & s.  
R  
*Rabidi.* 366. & s.  
*Religionis.* 326. & s.  
*Romæ.* 237. 460. & s. antiquæ & nouæ. 619. provinciarum olim Romæ subdennarū. 560.  
*Romanarum rerum instabilitatis* & fuge. 396.  
*Rosæ.* 534.  
*Rubi Moysis.* 351.  
S  
*Sacelli sculptura & pictura nobilis.* 517.  
*Sacrificij.* 29. 38. 321. & s. 345. 650.  
*Salutis in specie matronæ.* 380.  
*Scopuli.* 376.  
*Seclæ Lutheranae.* 617.  
*Seculi aurei.* 555.  
*Scdium Pœnitentiarorū in Domino Laur.* 408.  
*S. Sepulchri.* 359.  
*Serpentis horrendi intra viscera Henrici III. illapsi.* 446.  
*Serpentis Stygij.* 623.  
*Serpentū variorum.* 444.  
*Sicariorum.* 531.  
*Siderum.* 207.  
*Signorum e marmore varij generis in Templo Lauret.* 563.  
*Silvæ ignita.* 338. 340. pullulantis 340. combustæ. 498. renascentis. 499.  
*Simulacri B.V. ex igne.* 38. ab Angelo salutata. 566. eiusdem, Christi Domini, & Iosephi cum asello in Aegyptum iter habentium. 566. Lauret. Virg. 212. pueri Iesu. 212. cedri mirè conuersæ in Virginis simulacrum. 214.  
*Solis.* 386. 537. citharædi & cantoris. 293. fabri. 609.  
*Spei.* 355. in femina speciem apparentis. 49.  
*Spiritus Sancti.* 36. à Patre & Filio inspirati. 16. igneis linguis

I N D E X

- guis illabentis.* 409. *in speciem columbæ.* 421.  
*Statua miræ furore ardētis.* 478.  
*Stella piscis omnia contactu adurentis.* 146.  
*Stellarum fixarum.* 288. 293. 299. *arcus triumphales conformantium.* 289.  
*Stragis.* 480.  
*Supplicationis Corporis Christi* 292. *ornatus in supplic.* 463. &c.  
*Symphonia.* 610.
- T
- Tempestatis.* 51. 186. 272. 323. 364. *miræ à Lucifero in aëre commotæ.* 363.  
*Templi caelestis.* 25. *à columba designati.* 422. *fundati.* 423. *Lauretani.* 561. *Laterani.* 627.  
*Terræ in exordio mundi aquis obrutæ.* 371.  
*Terræ motus.* 235. 453. 680.  
*Terroris amici.* 615.  
*Theologia.* 8.  
*Timentis.* 232. 270. 364. 400. *timentis & sperantis in morte.* 665.  
*Timoris.* 232. *in speciem militis* 687. *timoris & letitiæ.* 299.  
*Tormenti muralis.* 237.  
*Tormentorum in Martyre.* 432.
- Turbæ confluentis.* 393.  
*Turbinis ignei.* 39. 381.  
*Turcarum orcus.* 66.  
*Tyrannidis.* 430.
- V
- Vastationis.* 117.  
*Venantium.* 444. 678.  
*Veneris.* 101.  
*Ventorum quatuor.* 200.  
*Verbi à Patre procedentis, & in Virgine corporati.* 15. *à Patre geniti.* 300.  
*Veris.* 367.  
*Vestium Sacerdotis antiqui.* 22. *Sacerdotalium.* 649.  
*Vexilli arte ventilati.* 144.  
*Via in mari triumphalis.* 369.  
*S. Victorini manibus pendentis ex arbore.* 592.  
*Virginis à Delphino vectæ.* 189.  
*Virginitatis.* 301.  
*Viri irati mox mitis.* 230. *in morbum inuicti.* 307. *à febre persanati.* 383. *sine malis affectionibus.* 456. *non adhuc perfectæ sanati.* 508. *mox sani.* 509. *fortis.* 640. 659.  
*Virtutis & sapientiæ.* 7. *illius potentiæ.* 486. *Regni.* 401.  
*Virtutum.* 8. 355. 495. 498.

I N D E X

498. *variarum, velut actorum in scena* . 298. *variarum*. 456. 615. & *praesertim recessus, meditationis, voluntaria afflictationis, temperantia &c.* 488. & s. 491. & s. 495. *adolescencia*. 144. *in Principe*. 490.  
*Vita B. Franciscæ* 601. *B. Margaritæ Septempedanae*. 600. *Vita seuerioris B. Nicolai Tolentis*. 597. & s.  
*Vita puerorum cum originis labe defunctorum post vniuersale iudicium*. 555. & s.  
*Vnionis*. 369.  
*Volucrum variorum*. 378.  
*Vulneris curati, & doni Iacobi Bude Marchionis*. 575.  
*Vulnerati*. 270.

F I N I S.

E R R A T A.

Vbi repereris Bethlemis, & Bethlaus corrige Bethlei, & Bethleus, vbi Athletæ c. Atlantes, vbi sibi c. sibi, vbi Lybiām c. Libyam, vbi Aegiptia c. Aegyptiā, vbi cælata, hoc est abscondita c. celata. Cartera Marte tuo, amice Lector, vel corrige, vel excusa. Quæ enim emendata vides, fortuitò in oculos incurrerunt; quia nullum fuit otium relegendi librum festinatò impressum; yt illum amici breui Roma discessuri secum ferrent.









*[Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

1694  
de  
Año

~~Yo He hecho a los señores  
Do. J. de Becerra y  
los Capitanes de Real en la  
Ciudad de Guayaquil~~





Handwritten text, possibly a title or name, written vertically in a dark ink. The text is heavily obscured by damage and staining, making it difficult to decipher. It appears to be a single word or a short phrase.

N<sup>o</sup> A  
24-302